



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

De gratia Christi Salvatoris. Liber I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
DE GRATIA CHRISTI
SALVATORIS
LIBER PRIMVS.

P R Æ F A T I O.



E generis humani ægritudine hæctenus: nunc de medicina dicendum est. Frustra enim de medendo morbo satagimus, nisi ante causas ejus & magnitudinem & pertinaciam aliaque symptomata quæ inde proficisci solent, ipsoque non minus morbo subinde periculosa sunt, perspecta habeamus. Quorum quidem profundissimâ ignoratione factum est, ut neque Philosophi, neque Hæretici, qui subsidia quædam libertatis humanæ ad bene vivendum procurdere conati sunt, nihil omnibus ingenii sui conatibus excogitare potuerint, quod vel morbum ipsum tangeret, nedum radices ejus succideret; nihil etjam nonnulli Catholici protulerint quo vis ejus utcunque frangeretur. Sed quemadmodum Apostolo teste cæca animi concupiscentia præceptis bene vivendi magis augeri quam comprimi solet, hoc ipso quo tantum præcipiendo cohibetur, ita morbus iste remediis inefficacibus, quæ multi adhibere voluerunt, magis exasperatus quam sanatus est. Quicquid enim non est in internectione ejus, in nutrimentum rapit, & inde crescit unde minuendus putabatur. Tam durum & occultum est istiusce morbi malum. In cujus quidem profundioribus fibris iuxta doctrinam sancti Augustini detegendis & rudibus humanarum opinionum disijciendis, quibus tegebantur, si non mediocris nobis labor impendendus fuit, haud paulò nobis laboriosior profectò superest provincia, ut illud unicum genuinum & presentissimum illius pestis remedium, quod cælitus nobis Christus attulit, & Apostolicis principiis nixus Augustinus explicuit, ab omni opinationum humanarum adulteratione, qua vis ejus in hominum animis obscurata & enervata est, liberemus. Non hic de tribus capellis agitur, vel de aliqua Scholastici pulveris controversia, in qua quicquid arripueris salva res est. Agitur de ipsissimo Christianæ religionis cardine, hoc est de Incarnationis Christi Domini nostri, undè Christiani dicimur, fructu & scopo: qui non est alius, quam ut *quereret & saluum faceret, quod perierat*: hoc est ut nobis peccato perditis afferret justificationis & bonæ operationis gratiam, seu gratiam illam qua *diffunditur charitas in cordibus nostris* prout eam sexcentis locis Apostoli Pauli verbis circum-

A

scribit

Conc. Carth.
in epist.
Synod.
Epist. 25.
alibi.

Epist. 105.
lib. de cor-
rupt. & gra-
tia cap. 5.

Conc. Carth.
in Epist.
Synod.

Iacobi 2.

In prefat.
lib. 2. de
de H. arch.
Pelag.

Carm. de
i. v. c. 8.

Rom. 10.

Lib. de spi-
ritu & lit.
cap. 7.

scribit Augustinus. Quæ propterea sapissimè vocatur gratia qua Christi sumus; gratia; quam fides in IESUM Christum impetrat; gratia, que per incarnationem unigeniti revelata atque donata est: Denique uno verbo, gratia Christiana. Illa quippè est ipsissima & sola gratia, qua ipsam nostræ voluntatis arbitrium verè sit liberum. Hanc ergò gratiam tota Christi Ecclesia omnibus visceribus pietatis credit, & in omnibus precibus suis inuocat, utpotè sine cuius fide nec esse Christi Ecclesia, nec vocari potest. Hanc qui intelligit, ille intelligit quare sit Christianus; qui verò non intelligit quantumvis fide rectus & Catholicus sit, velit nolit, opinione Pelagianus est. Tam enim delicatum est hoc divinæ gratiæ mysterium, ut quemadmodum Apostolus Iacobus de præceptis dixit, *quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*: ita & hic, quicumque totam Christi gratiam & fidei puritate & sententiæ sinceritate prædicaverit, si vel in minimo ab indivisibili veritate aberraverit, naturaque viribus suffragetur, non in qualiscunque hallucinationis errorem, sed in ipsam Pelagianismi voraginem incidisse, omniumq; adeo Pelagii errorum, quibus & naturam & gratiam adulterando suffocavit, reus esse conuinci potest. Nam in hoc argumento tanta veritatis errorisque concatenatio est, ut maximus minimos complectatur, & minimus maximos post se trahat. Quod ut alibi diximus, vigilantissimè sanctus Prosper observavit, quando Augustino, caterisque pelagii Pelagiæ daminatoribus perspectum fuisse canit,

Quod tota nefanda

Hereseos summa exigua sub parte tegatur:

De qua plena mali labes renovetur & omne

Commenti corpus per singula membra resurgat.

Nusquam enim verius locum habet, quod dici solet, aut totum, aut nihil: ut alio fortassis loco uberius demonstrabitur. Quod quia paucis perspectum est ac perdifficile hominibus persuaderi potest, hinc fit, ut plerique viri boni, dum naturæ bonitatem ab opprobrio se vindicare putant, magnis disputandi viribus gratiam defruant, illis præter opinionem suffragantes, qui æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, hoc est quam Deus dat, & suam, sive naturalem sive moralem, sive qualemcunque quærentes statuere iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ex quo ulterius necesse est sequi ut ab imprudentibus, totaque fide & corde redemptorem venerantibus, crux Christi evacuetur. Quapropter saluberrimum est in hoc argumento tremere, & humanæ Philosophiæ quæ natura defenditur supra quam credi potest fallaci nonnihil diffidere. Agitur enim de mysterio vehementer abstruso, & ut Augustinus loquitur de re profunda & nimis abdita, quam Philosophi, divinorum consiliorum imperiti, nec suspicione quidem assecuti sunt. Quid enim illi de adjutorio libertatis statuere potuerunt, quibus infirmitas eius per peccatum adducta nec per somnium quidem in mentem venit? Quibus illa erant rata fixaque veritatis de virtute axiomata, Diuitias Deo, virtutem homo sibi

sibi debet. Nemo unquam Diis, quod virtuosus est gratias egit. Hac enim & hujusmodi di pronuntiata in illa indifferenti potentiæ arbitrii libertate suas radices habent, quam Ethnica Philosophia tanta verborum sententiarumque pompa prædicavit, ut si quis eam velut claudam fractamque & opis ad volendum indigam elevaret, hominem eis ex homine tollere videretur. Ex quo effectum est ut longè difficillima facta sit provincia defendendæ veritatis, dum non tam argumentorum pondere, quam adversantium numero oppugnata premitur. Doctores enim quos Scholasticos vocant, à teneris unguiculis in gentilibus Philosophiæ palestis eruditi, ejusque dogmatibus tanquam naturali rationi quam maximè consentaneis innutriti, difficillimè sibi persuaderi sinunt, falsum esse quod lumen rationis in istiusmodi viris quasi defecatus, verissimum esse pronuntiavit. Hinc indefesso labore, à quibusdam sudatum est, ut Apostolus Aristoteli, stulticia crucis sapientiæ verbi, fides Philosophiæ conciliata consentiret. Quod quia Pelagianis infeliciter cesserat, quorum ille præcipuus scopus fuit, hinc ea cuique gratiæ divini facies formata, & adjutorij liberæ voluntatis formula excogitata est, quæ cum gentiliū Philosophorum sensis atque pronuntiatis quam bellissimè concineret. Cum verò rei tantæ conatus, neque temeritate cariturus, sine graui autoritate, neque periculo sine duce, neque fidem inter Christianos inventurus sine patrono videretur, certatim fortis quisque suos magno Augustino subiecere, cujus unius patrociniò facilè sectæ cujusvis adversantis murmura & argumenta contemneret. Quod quidem à nonnullis magnâ sedulitate diligentique lectione excussis ante Augustini libris, quantum per aliorum studiorum principalium otium licuit, factitatum est; ab aliis verò tam rara scilicet felicitate tentatum, ut cum post fabricatam sententiam suam arguerentur novitatis, perpensis Augustini locis ac sententiis, ipsam sancti Doctoris Augustini mentem se attigisse deprehenderent. Alii non paulò audacius, aut certè candidius, apertè falsi sunt, sententiam suam non quidem esse Augustini, sed si ei cum semipelagianis dimicanti proposita fuisset, propter eximiam conciliandæ libertatis cum divina gratia dexteritatem, sine dubitatione fuisse placituram. Neque verò dubito, inquit, quin ab Augustino & ceteris Patri-
Molina in Concord. quæst. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. ult.
 bus unanimo consensu comprobata fuisset, hæc nostra de prædestinatione sententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, præscientia & prædestinatione si eis fuisset proposita. Et paulò inferius adjicit: Quia res est magni momenti, ac valde lubrica, & hæc nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina prædestinatione à nemine quem videmus, huc usque tradita, ideò satius hæc duxi paulò fusius explicare. Et hæc est illa capitalium opinionum hujus temporis una sententia, quam qui Molinam primum ejus ut profiteretur, authorem, Augustino, ut ipse putat, ignotam, secuti sunt, ipsissimam Augustini nunc esse profitentur. Ita

Causa ubique valet.

Sed omnibus casibus superior potentioreque Dei providentia, ad usus suos contorquens profunda torrentis, fluxumque sæculorum ordinans

diuans turbulentum, de ingenua illa anima verba ista excidere voluit, ne quæ Lectores imprudentes in eruditionis quasi recondita admirationem erigerent, prudentes in re tanti momenti ab huiusmodi tam lubrica novitate amplectenda revocarent. Nam quibus ille nihil efficacius se dicere posse arbitratus est, ad sententiam suam commendandam imperitis, nihil gravius ad deterrendos peritos comminisci potuit. Quis enim tantillum Ecclesiastici ordinis in doctrina tradenda, & consuetudinis gnarus, sententiam amplectetur novam, & Augustino ignotam, hoc ipso quia de novitate commendatur? præsertim quia in illa materia doctrinæ versamur, ubi post tot Apostolicæ Sedis Conciliorumq; pronunciata ex Augustini libris, verbo sensuque tenus hausta, meritò adversus huiusmodi retorquere possumus: Si quis vobis annuntiaverit præter id quod ex Augustino accepistis, anathema sit.

Quapropter cum hæc tempestate omnes etiam illius magistri sectatores, qui novam doctrinam & Augustino incognitam se protulisse gloriatus est, novitatis invidiæ succumbentes, se Augustinianæ roge laciniis tegant, speciosumque gratiæ congruæ & prædestinationis ad arbitrium respicientis, apparatus, jam etiam Augustini esse, persuadere conentur, nihil publico utilius fieri posse puto, quam si genuina profundissimi Doctoris mens, hoc est Ecclesiæ Catholicæ sententia, quam ille explicuit, & contra hæreses propugnavit, de gratia & prædestinatione proferatur. Quod quidem eo magis necessarium esse video, quod penè inanis esset, ille totus præcedentis operis labor, quo vulnera naturæ proposuimus, nisi iste sequeretur. Quid enim juvat profundas naturæ lapsæ corruptelas intelligere, si nos quæ sit ei medicina cælitus præparata fugiat? Vel eam ita hominibus explicando commendemus, ut morbus ipsa medicinæ adulteratione acerbius recrudescat? Quem quidem laborem non profectò mediocrem iterum profiteor, me nullius sententiæ odio vel amore suscepisse, sed pura, quantum mihi videtur, dilectione veritatis. Sententiam quam hic trado, non ego ad Augustini lectionem præoccupatus attuli tanquam patrocinium, ut fieri à plerisque solet, ex ejus verbis sententiisque corrasurus, sed per multos annos eadem sapissimè legendo & relegendo, ponderando iterum iterumque, postrema primis mediaque omnibus collidendo, ex ejus libris hausi, atque ipsa rei & connexionis evidentia compulsus, reclamante licet priore, qua imbutus fueram opinione, Augustini esse judicavi. Siquid duriusculum fortasse cuiquam dictum videatur, non in personas quas veneror, sed in sententias earum, vel tuendi modos à me prolatum est. Quam enim quæque censuram opinio mereatur, quo loco haberi debeat, quantum errori accedat, aut etiam ab eo recedat, difficulter intelligi aut explicari potest, nisi rebus verba serviant. Quod nemini quispiam vitio veterit, nisi qui alios errare malit, quam errorem suum patefieri. Adversus quam animi ægritudinem à vanitate profectam, jam olim dixit sapienter & salubriter Augustinus: *Nimis perverse seipsum amat, qui & alios vult errare, ut error suus lateat.*

CAPVT PRIMVM.

Partitio dicendorum & ordo sequentium disputationum.

DE liberatione arbitrii voluntatis, seu reparatione libertatis ejus acturis potissima sese offert difficultas de causis liberationis ejus. Cum verò causa multiplex sit, materia, forma, efficiens, atque finis: de materiali, formali, & finali causa, non magnoperè nobis laborandum est. Materialis enim causa liberationis est ipsum arbitrium seu voluntas quæ liberatur à servitute peccati. Formalis ipsa charitas, qua fit formaliter voluntas libera, sive libertate habituali per ipsum charitatis habitum, sive actuali, per actum ejus, vel certè per id quod immediata & proxima ipsius actus liberi cau-

sa est. Id verò quid sit suo uberius loco dissendendum est. Finalis denique causa est integritas humanæ naturæ ac salus, quæ tunc omnibus numeris erit absoluta, cum charitas & libertas fuerit ipsius divinæ essentia contemplatione perfecta. Quamobrem de efficiente liberationis causa tota controversia est. Quæ cum iterum duplex sit, interna ipsi arbitrio, cujus immediatà virtute efficitur liberum & actus ejus liber, & externa qualis propositum ac prædestinatio Dei, hinc fit, ut multiplex oriatur disputatio. De singulis ordine jam proposito dicturi sumus.

CAPVT SECVNDVM.

Notio liberationis arbitrii. Causa ejus efficiens non est naturalis possibilitas liberæ voluntatis, sed gratia.

ANtequam ista quæstio de causa liberationis resolvatur, scire necesse est, quid sit arbitrii liberatio. Nam hæc de re penè nulla est apud Scholasticos Doctores mentio. Etenim Philosophi Aristotelicæ principis imbuti semper sentiunt arbitrium esse liberum ad volendum faciendumque tam bonum quam malum. Ex quo fit ut mentionem servitutis atque captivitatis respectu arbitrii voluntatis vix auribus ferant. Itaque quando in Scriptoribus antiquis captivitatem aut servitutem sub peccato audiunt, plerique non aliud animo concipiunt, quam quod aliquis in mortali peccato constitutus sit, atque ita demonum potestati obnoxius, peccatorumque reus. Proinde liberationem arbitrii consequenter non aliud esse putant, quam ipsam peccati remissionem, quatenus ejus beneficio peccatoris animus à macula peccati & à pœnis ejus ipsiusque demonis principis peccatorum, jure ac potestate liberatur. Sed quemadmodum in intelligenda arbitrii servitute, ita & in ejus liberatione gratiaque liberante toto celo falluntur. Quod vel ex eo solo liquere potest, quod Augustinus, ut mox videbimus, passim doceat arbitrium non solum agere non posse, sed nec eligere, nec velle bonum, nisi ante liberetur. Et tamen certo certius est, juxta Catholicam fidem ante peccati remissionem posse arbitrium & cogitare, & eligere, & velle, & agere bonum: utpote quod potest credere Deo, & orare ex fide, & gemere, & penitere, & diligere Deum tanquam fontem justitiæ; qui citra dubitationem sunt actus valde sublimes ac boni: quibus ipsa peccati remissio impetratur. Propter quod dicit Augustinus: *Sed nec ipsa remissio peccatorum,*

sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat oratio. Neque enim nullum est meritum fidei quæ fide illè dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori: & descendit iustificatus merito fidelis humilitatis, quoniam quæ se exaltat humiliabitur. Quapropter arbitrii liberatio saltem inchoata præcedere debet, non solum peccatorum remissionem, sed etiam dilectionem Dei, penitentiam, gemitum, orationem, spem in Deum, fidem ipsamque denique voluntatem & cogitationem quamcumque bonam. Eadem quippè certitudine quæ gratiæ præcedere debet omnem actum bonum, arbitrii liberatio eundem antecedere debet. Nam sicut velle non potest voluntas bonum nisi gratia adjuvetur, ita nec liberè velle, nisi gratia liberetur. Quamobrem si quis scire velit, quid sit ista arbitrii seu voluntatis liberatio, eum scire necesse est, quid sit servitus ejus & captivitas. Quæ cum nullo pacto sit macula peccati aut reatus culpæ aut pœnæ, sed depressio quædam voluntatis sub concupiscentia rerum creaturarum, sub qua consensio ejus ita captiva detinetur, ut ab ea se extricare suis viribus nequeat, & erigere ad justitiam diligendam; hinc consequenter liberatio voluntatis non est peccati remissio, sed relaxatio quædam delectabilis istius vinculi concupiscentialis, seu pestiferæ cujusdam dulcedinis creaturarum, cui innexus indefinenter servit animus, quoad per gratiam infusa cælesti dulcedine ruptoque illius cupiditatis nexu, ad superna diligenda transferatur. Sed quia de servitute voluntatis & ejus liberatione quædam in superioribus dicta sunt, multa quæ infra oportunitus, ubi de natura liberi arbitrii disputabimus, dicenda sunt, ne superflua rerum earundem repetitione lectori tedium afferamus, videat

videat ea quæ differimus lib. 3. de statu nature lapsa, capite tertio & quarto, maxime quæ quinto ac sexto, ubi satiatissime ostenditur, quid sit servitus, & captivitas sub peccato. Videat item quæ diximus ibi consequenter capite septimo, ubi natura gratia liberationis à vinculo servitutis illius juxta notionem jam jam superius tactam falsus declaratur.

His igitur præmissis in mentem alicui venire posset, nullam aliam esse gratiam liberationis, quam ipsum liberum arbitrium. Nam hoc ipso quo sit liberum, videtur esse indifferens ad bonum & malum. Si enim ad alteram tantum partem determinatum est, jam cum indifferentia videtur & ipsa libertas interire. Quamdiu ergo arbitrium manet liberum, ipsa vi naturæ libertatis potest velle, uti malum, ita & bonum. Secundum hanc igitur opinionem nulla esset opus peculiari gratiâ liberationis ad bene volendum, ac bene faciendum, nisi ipsa possibilitate seu libertate arbitrii naturali, imò verius in hac sententia ipsum liberum arbitrium vocari quidem posset gratia, tanquam quod à Deo vi primæ & gratiæ institutionis datum est, non tamen gratia liberationis. Si enim semper velle potest bonum ac malum, quia suapte naturâ liberum, profectò nunquam per gratiam liberandum est; nec enim ipso naturæ libertatis jure, sub solius mali servitute, aut captivitate, aut necessitate mancipari potest. Talis enim si in arbitrio voluntatis naturalis libertas est, illa servituti jam dictæ, & captivitati, & necessitati deterioris partis, quemadmodum & coactioni repugnare.

Hæc igitur sententia sic explicata, est undequaque ipsissimus purus ac potus error Pelagianus, tam quantum ad naturam liberi arbitrii, quam gratiam liberationis ejus. Nam Pelagianorum solemnis est doctrina, liberum arbitrium naturaliter esse ita indifferens ad bonum & malum, ut hoc ipso quo alterutrius potestas aufertur, desinat esse liberum; quemadmodum nos fusè ex eorum principiis atque verbis demonstravimus. Undè consequenter, ut ibi diximus, tradebant, hominem sufficere ingentis sibi motibus dare leges; usque adeò ut nullis tentationibus in peccatum abstrahi posset voluntate captivâ. Ex qua sententia sequeretur necessario altera pars, nullâ scilicet opus esse in arbitrio gratiâ liberationis à malo, utpotè in quo nec esset, nec esse posset ad malum, seu ad peccandum ulla captivitas, aut necessitas. Contra primam hujus erroris partem satis diximus toto tractatu superiori, de statu ac viribus liberi arbitrii post peccatum, in quo servitutem ac captivitatem ejus ad malum fusè ex Augustini scriptis asserimus. Vnum cumtaxat addo, me non satis videre, quomodo non in hanc sententiam ex parte incidant illi Doctores, qui ex natura libertatis arbitrii concludunt, hominem semper posse quamcumque tentationem superare. Tacite enim indicant, perire libi certatem nisi possit. Ex quo etiam sequi videretur, non opus esse

gratia liberationis à malo, nisi fortassis ut facilius malum superetur. Sed quicquid sit de Catholicorum illorum opinione, quod ipsi viderint, Pelagianus ille error, quatenus gratiam liberationis arbitrii negat, ut velle & facere possit bonum, ac declinare à malo, non opus habet operosa argumentatione. Est enim tam perspicua impietas, ut in scriptis, & Scripturarum, & Patrum auctoritatibus, ac totius Ecclesiæ consonantibus vocibus obrui posset. Doctrina enim Ecclesiæ constantissima est, divinam gratiam præter voluntatis arbitrium esse necessariam, qua arbitrium liberetur, ut non solum facere, sed etiam velle possit bonum. Undè illud Augustini: *Hæc Lib. 1. ad voluntas qua libera est in malo, hoc est ad malefaciendum, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est: Hoc est ad beneficiendum, quia liberata non est. Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab eo qui malum non potest velle, hinc est gratia Dei per IESUM Christum Dominum nostrum.* Quæ sententia, quod Pelagianam hæresim funditus subverteret tot clamoribus à Iuliano excepta fuit. Et libro secundo de nuptiis: *Liberum quemquam esse ad agendum bonum sine adiutorio Dei hoc vos dicitis, hinc est Celestiani & Pelagiani.* Et Epistola ad Vitalem: *Ep. 107. Cum potius illi oppugnent arbitrium liberum, quod opponunt Dei gratiam, qua verè ad bona agenda & agenda fit liberum.* Et rursum ibidem: *Quia & liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus. Ergo necesse est, ut per gratiam libertas ad diligendum restituarur.* Et libro secundo ad Bonifacium: *Lib. 2. ad Pelagianum dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum præceptum bonum.* Et rursum ibidem: *Peccato Ad arbitrium liberum de hominum naturâ perisse non dicimus, sed ad peccandum valere hominibus subditis diabolo: ad bene autem pieque vivendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis Dei gratiâ fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuva.* Et libro tertio ad eundem: *Item quod arbitrium sui in malum liberum dicimus ad agendum bonum Dei gratiâ liberandum, contra Pelagianos est.* Et ad eundem libro quarto: *Quid mirum obediens liberum arbitrium quod ad faciendum iustitiam liberum non erit, nisi ovis fuerit? Qui facit igitur oves homines, ipse ad obedientiam pietatis humanas liberat voluntates.* Et alibi: *Non potest ad bonum opus agendum esse libera, nisi Dei gratiâ liberata.* Et in libris Retractionum ad questionem illam: *Verum & peccatum, & reus factum in libero voluntatis sit arbitrio? Subijci exponendo: Quod ita esse omnino verisimile est. Sed ut ad relligendum liberum sit, Dei gratiâ liberatur.* Et in Enchiridio ad Laurentium: *Ipse est vera libertas, propter relligendi facti libertatem, hoc est: est, cum animus ipsa boni operis rectitudine, iustitiæque delectatur, simul & pia servitus propter præcepti obedientiam. Sed ipsa libertas ad beneficiendum unde erit homini additio & venditio, nisi redimat ille cuius illa vox est: Si vos Filii liberaverit, tunc verè liberi eritis? Quod antequam fieri in homine incipiat, quemadmodum quisquam de liber-*

Vid. lib. 2. de hæres. Pelag. prima cap. 10.

Lib. 3. Cap. de statu nature lapsa.

13
 ra arbitrio in bono gloriatur opere, qui quondam liber
 est ad oporandum bene... nisi se vana superbia infla-
 tus extollat? Quam cohibet Apostolus dicens gratia,
 facti estis per fidem. Et libro de correptione
 & gratia: Liberum itaque arbitrium, & ad malum
 & ad bonum faciendum, confitendum est nos
 habere, sed in malo faciendo, liber est quisque iusti-
 tia, sermo, peccator: in bono autem liber esse nullus
 potest, nisi fuerit liberatus ab eo, qui dixit: Si vos
 Filii liberaverit, tunc vere liberi eritis, &c. Hanc
 fidem ipse sicut dicitur vera, & Prophetica, & Apostoli-
 ca, & Catholica fides est, etiam in fratre nostro Floro
 invenisse me gaudeo. Denique omnes libri Au-
 gustini huiusmodi sententias sparsi sunt, qui-
 bus cumulandis superfedo. Nam ex solis istis
 perspicuum est, Catholicam & Apostolicam fidei esse
 dogma, non solum, quod liberum arbitrium di-
 vinitus gratia iuvandum sit, ut aliquid boni velle
 & operari possit, sed etiam, quod per gratiam
 liberandum sit ad beneficium cum se libe-
 rare non possit. hoc est, quod ei libertas ad be-
 neficiendum per gratiam conferenda sit, utpote
 qua libertate prorsus careat ante gratiam. Est
 enim servum & captivum sub dominante pec-
 cato, hoc est, sub concupiscentia terrena iugo,
 a quo nisi Filius per gratiam suam volun-
 tatis arbitrium liberaverit, nullo pacto assur-
 gere, aut facere sese potest, ut aut operetur,
 aut velit bonum. Unde de voluntate adhuc
 cepava loquens, quae iam incipit in primis
 actus libertatis, hoc est, in pios gemitus pro
 impetrando auxilio infirmitatis erumpere:
 Quamvis est quod valeat voluntas sub dominante cu-
 pilitate nisi forte si pia est, ut orat auxilium? In tan-
 tum cum libera est, quia in tantum libera est. Et

A
 alibi ad primos omnino tenuissimosque actus,
 qui sunt consensus fidelis, praedicatae veritatis,
 non tantum adiutorium gratiae, sed & libera-
 tionem arbitrii antecedere debere profitetur. Epist. 107.
 Nam de infidelibus loquens: Responde, quomodo
 ad declinandum a malo & faciendum bonum, liberum
 habemus arbitrium, quando eras sub potestate tene-
 brarum? Unde nos, si quemadmodum dicit Apostolus,
 Deus eruit, ipse utique illud liberum fecit. Et paulo
 post: de autem fateris pro eis (infidelibus) orandum,
 id unum orandum fateris, ut eadem doctrina arbitrio
 liberato a tenebrarum potestate consentiam. Ita sic
 ut neque fideles fiant nisi libero arbitrio, & tamen
 illius gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tene-
 brarum liberavit arbitrium. Vbi manifestissimum
 est hanc liberationem arbitrii a tenebrarum
 potestate natura praecedere fidem, qua fideles
 fiunt. Quod adhuc apertius disertiusque ex-
 planat inferius: Prius alligat enim (diabolum)
 id est, eius coereat & cohibet potestatem, potestatis
 suae fortioribus vinculis, & sic eripit vasa eius qua-
 cumque praedestinavit eripere, arbitrium eorum ab eius
 potestate liberans, ut illo non impediendo credant in
 istum liber a voluntate. Itaque mox generalissimam
 liberationem arbitrii necessariam inculcat, quae
 ad bona eligenda & agenda fiat liberum. Unde si-
 cut nullum omnino bonum opus fieri vel co-
 gitari posset, nisi a voluntate eligatur, vel age-
 tur, ita etiam, nisi voluntatis arbitrium ad
 illud eligendum agendumque liberetur. Quam
 ob causam doctrina ista sancti Augustini etiam
 a Celestino Papa definita est: Quo utique auxi-
 lio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium,
 sed liberatur, ut de tenebris lucidum, de praeco-
 gitum, de languido sanum, de imprudente sit providum.

CAPVT TERTIVM.

Nomina diversa gratiae ex hoc effectu tracta.

A
 hoc igitur praclarissimo effectu
 gratiae, quo voluntatem a consen-
 su concupiscentiae sibi dominantis
 liberat, vocatur gratia Christi, gra-
 tia Liberationis, ut libro de correptione & gra-
 tia: Sancti ad quos pertinet liberationis hac gratia.
 Vocatur gratia Liberatrix. Ut epistola cen-
 tesima quinta: Nec vult intelligi hominem pra-
 eceptis legis ignatum, sed LIBERATRICE
 CIS indigum gratiae, ubi dicit, Cordelictor le-
 gi Dei secundum interiore bonum. Et cum
 hoc non solum scientia, verum etiam & delecta-
 tione legis postea dicit: Miser ego homo quis me libe-
 rabi a corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum
 Christum Dominum nostrum. Vocatur gratia, qua
 voluntas liberatur a servitute peccati, ut in libris
 retractationum: Voluntas ergo ipsa nisi Dei gratia
 LIBERATA SERVITUTE, qua facta est serva
 peccati, & ut vitia superet adiuvetur, recte pieq; vivi a
 mortalibus non potest. Et lib. de corrept. & gratia:
 Horum vero cum fuisset voluntas serva peccati, libe-
 rata est, per illum, qui dixit: Si vos Filii liberaverit,
 tunc vere liberi eritis. Vocatur gratia, qua repa-
 rat perditam libertatem; ut in eodem libro: Hac au-
 tem tanto maior est ut parum sit homini per illam

A
 REPARARE PERDITAM LIBERTATEM. VO-
 catur gratia, qua arbitrium vere sit liberum, non
 peccati remissione, non poenae, miseriae ve de-
 lectione, sed quia a dominatione peccati, hoc est,
 concupiscentiae, consensus ejus liberatur; ut in
 epist. Antistitum Conc. Carthag. ad Innocen-
 tium: Quae gratia, & ipsum nostrae voluntatis arbi-
 trium vere sit liberum, dum a carnalium concupis-
 centiarum DOMINATIONE LIBERA-
 TUR, dicente Domino, Si vos Filii liberaverit,
 tunc vere liberi eritis. Et libro primo Retracta-
 tionum: Quamvis est quod valeat voluntas sub
 DOMINANTE CUPIDITATE, nisi
 forte si pia est ut orat auxilium? In tantum enim
 libera est, quia in tantum libera est. Voca-
 tur saepissime gratia, qua LIBERAMVR
 DE CORPORE MORTIS HVIVS, ut
 libro de gestis Pelagii; quam gratiam nobis
 plurimum Apostolica doctrina commendat. Hac est
 enim qua nos liberari posse speramus de corpore mor-
 tis huius per IESVM Christum Dominum nos-
 trum. Et paulo post: Non ergo natura &c. nec
 legis scientia per quam sit concupiscentiae cognitio,
 non evictio liberat a corpore mortis huius, sed gratia
 Domini per IESVM Christum Dominum nostrum.

IN
II

Epist. 90
inter epist.
Aug.

Libro 1.
Retract.
cap. 1.

Lib. de gest.
Pelag. c. 6.

Ibid. cap. 8.

Liberari autem à corpore mortis hujus, non est aliud, quam liberari à vitis corporis, hoc est, à concupiscentia, non tam ut illa non sit in hac vita, quod fieri non potest nisi magno miraculo omnipotentissimi Creatoris, quam ut voluntati non dominetur, impellendo ut sibi consentiat, & faciat quod lege prohibetur.

Lib. de natura & gratia cap. 53.
A quo malo, inquit idem, se liberari orant nisi maxime de corpore mortis huius? Unde non liberat nisi gratia Dei per IESUM Christum Dominum nostrum. Non utique de substantialia corporis quae bona est, sed de vitis carnalibus unde non liberatur homo sine gratia Salvatoris, nec quando per meritem corporis discedit à corpore. Unde alibi juxta phrasim Apostolicam, vocat hoc, liberari à lege peccati & mortis, hoc est, à concupiscentia, quae instar legis jubet peccatum. Liberari, inquam, ut illa non dominetur, ut ei non consentiatur, ut concupiscentia licet titillante, maneat animus alienus ab affectu & consensione peccati.

Rom. 8.

*Epist. Con-
Carrh. ad
Innocent.*

*Libro 1. re-
tract. c. 23.*

*Libro 1. ad
Roisf. c. 10.*

Nam hoc est illud, quod supra Patres Africanos rationem liberationis istius seu liberatricis gratiae explicantes audivimus, dum dicunt arbitrium verè per gratiam Christi fieri liberum: *Dimi à carnalium concupiscentiarum dominatione liberamur.* Hoc est quod Augustinus dicit: *A cuius concupiscentia dominati non liberat nisi gratia Dei per IESUM Christum.* Hoc est quod idem pressius adhuc & clarius dicit: *Gratia liberat delectationem voluntatis à consen-*

sione cupiditatis. Et iterum: *Lex spiritus viæ in Christo Iesu liberavit te à lege peccati & mortis, ne scilicet consensionem tuam concupiscentia sibi vendideret carnis.* Quod alio in loco vocat, liberari ab eo affectu quem lex premit. Quod quia per naturam fieri impossibile est, hinc est quod contra huiusmodi tyrannidem ac dominationem concupiscentiae nos liberationem seu libertatem implorare proficetur, quando dicimus cum Psalmista: *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas.* Quomodo enim libera est cui dominatur iniquitas? Ut autem ei non dominetur, vide ab illa quis invocetur & precatur, non pollicetur: *consecratur non pollicetur: optat plenissimam LIBERTATEM non latet propriam potestatem.*

Ex quibus consequenter evidens est, doctrinam istam de servitute voluntatis sub dominante concupiscentia, & ejus liberatione per gratiam, non esse commentum Augustini, vel opinionem ejus, sed doctrinam, & Evangelicam, & Apostolicam, & Catholicam, quam ex sacris Scripturis hausit. Nam inde omnes illae Augustini phrasae tractae sunt, ut ex citatis locis satis superque intelligitur. Quo fit, ut satis mirari nequeam tantum servitutis istius ac liberatricis gratiae in lucubrationibus Scholasticorum silentium, ut quati nova daemonia annunciari putent, quando haec doctrina propalatur.

CAPVT QVARTVM.

Arbitrium per gratiam liberari debet, ut operetur actus, non solum supernaturales, sed etiam moraliter bonos.

SED hic statim oritur quaestio de cujusmodi actibus bonis, intelligat hanc doctrinam suam Augustinus, seu quosnam actus bonos doceat fieri non posse per voluntatis arbitrium, nisi per gratiam ante liberetur, utrum supernaturales tantum seu aliquo modo meritorios, & conducentes ad salutem aeternam; an verò etiam moraliter tantum bonos? Nam inter ista duo actionum genera celebris est inter Scholasticos distinctio: iuxta quam non dubitant plerique huiusmodi gratiam liberationis ad primum istud genus actuum tantum esse necessarium. Sed & ista quaestio à nobis in superioribus expedita est. Ostendimus enim ex perquam solidis & multis Augustini principiis, & luculentissimis testimoniis, ita prostratas & captivas esse sub peccato liberi arbitrii vires, ut nullum voluntatis virtutisque moralis actum aut motum ex omnibus circumstantiis bonum elicere possit, nisi per Christi gratiam adjuvetur, & consequenter liberetur; hoc enim adiutorium & liberatio pari passu gradiuntur. Ipsa enim libertas voluntatis, quam dat gratia, sicut est sanitas ejus, ita & potestas ejus. Itaque videnda quae de ista eadem quaestione diximus, tractatu poenè toto, de viribus liberi

Id. lib. 3.

Id. lib. 4. de sta-

tu quae dicitur.

arbitrii post peccatum, quibus nihil est opus addere, nisi ut tria tantum, quae inter alia plura etiam ibi notata sunt, observentur.

Primum est. Ex ipsa sola natura captivitatatis arbitrii, sub qua post peccatum detinetur, & oppositae liberationis per gratiam, satis perspicue intelligi posse, quod per se nullum bonum voluntatis motum arbitrium possit operari. Captivitas enim illa in eo sita est, quod voluntas concupiscentiae terrene visio intimè penetrata semper, & in omni actu motibus ejus feratur ac referatur, imperio ejus & ponderi indefinenter serviens, eodem plane modo, quo voluntas beatorum in omnibus omnino motibus servit divinae charitati. Illa quippe duo directam oppositionem habent, eo quod non possit voluntas discedere ab amore creatoris, quin in concupiscentiam creaturae hoc ipso delabatur. Et haec est terrena cupiditas seu dilectio Babyloica, quicquid tandem pulchrum praeclarumque praeter Deum diligere videatur, ut alibi diximus.

Secundum est. Opus seu motum voluntatis esse non posse, etiam moraliter bonum, nisi ipsa operis iustitia seu rectitudo diligatur. Alioquin enim distortus amor est, alto referens id quod per seipsum appetendum erat. Unde

17 Vnde & Philosophi quibus in multo fumo
finitillæ quædam veritatis apparebant, hone-
statem per se censebant appetendam, & peten-
dam esse ut posset opus esse bonum. Iam verò
impossibile esse, ut ipsa iustitia diligatur sine
gratia Dei, latissimè declaravimus & proba-
vimus ex principiis Augustini, tractatu de
vera natura per multa capita.

Tertium est: Hinc intelligi veram radi-
cem, cur nec opus moraliter bonum fieri pos-
set sine gratia liberatrice voluntatis. Id enim
quod per concupiscentiæ servitutem aufertur
bonis operibus, quæ homo facere sine gratia
conatur, non est aliqua operis supernaturali-
tas, vel ratio meriti, vel simile quid, sed est
ipsissima ratio formalis, qua constituitur opus
bonum, ita ut eâ deficiente sit malum, hoc est,
verè proprièque peccatum. Ponderus enim con-
cupiscentiæ, quo animus possessus est, detor-

quet eum ab amore iustitiæ & rectitudinis,
quæ in opere, ut bonum sit, necessariò specta-
ri debet, & affigit alicui creaturæ, cuius vel
consequendæ cupiditate flagrat, vel amitten-
dæ timore cruciatur: quæcunque tandem illa
sit, sive ab opere quod meditatur distincta,
sive ipsum opus, aut splendor, pulchritudo
ac temporalis honestas ejus. Nec enim illa
minus creaturæ sunt, quam animus, & ratio,
& voluntas, quæ illis appetendis immorantur.
Quod autem illa ratio iustitiæ quam diligen-
dam in omni opere bono dicimus, ipse Deus
sit, nec amari ullo pacto possit amore aliquo
naturali in eodem jam citato loco fuse demon-
stravimus. Vbi etiam illud effugium rejeci-
mus, quo Scholastici dicunt, Augustini do-
ctrinam, qua gratiam ad opera bona necessa-
riam esse statuit, de operibus pietatis, vel quæ
fiunt sicut oportet intelligendam esse.

Vide ibidem
c. 9. 10. 67.

CAPVT QVINTVM.

Utrum aliquid possit arbitrium suis naturalibus viribus, ad
hoc, ut gratiam illam adipiscatur. Facienti quod in se est
per naturæ vires, non datur ex aliqua stabili
lege, gratia.

CVM igitur per Augustini doctrinam
locis citatis abundè traditam & expli-
catam, captivo arbitrio voluntatis
omne opus bonum ablatum sit, non
solum naturale, & meritorium, & piete-
tatis, & justificationis, & sicut oportet, sed
etiam moraliter bonum, quæri ulterius pos-
set, utrum sittem aliquid suis viribus arbi-
trium proferre possit, quo ad gratiam benè
operandi præparetur? A qua quæstione non
dissimilis est illa celebris inter Scholasticos,
Utrum facienti quod in se est per naturæ vi-
res, detur gratia. Cujusmodi quæstiones hic
propono, non quod juxta doctrinam sancti
Augustini traditam, difficultatè habeant, sed
ne quis eas à me vitatas putet, quibus se tan-
toperè Scholastici fatigant: aut ne imperitior
quispiam principiorum aut librorum ejus, re-
condita in controversiis istis mysteria, nodos-
que indissolubiles latere arbitretur. Planissima
est enim responsio negativa. Quod ex diversis
principijs Augustini necessariò dicendum est.
Nam in primis in eodem illo tractatu, de sta-
tu liberi arbitrij post peccatum, ut jam jam
diximus, demonstratum est, nullum opus vel
moraliter bonum suis viribus liberum arbi-
trium posse facere. Igitur nec ad Dei gratiam
se preparare vel disponere. Opus enim quo se
disponeret, vel quod facienti, gratia conferretur,
ut minimum esse deberet moraliter bonum.

Secundò ibidem declaratum est, non solum
arbitrium non posse facere suis viribus opus
moraliter bonum, sed etiam quicquid facit
ante gratiam esse veri nominis peccatum
ac mendacium, & hoc à Concilio Arausicano

esse definitum. Quid autem sibi speret gratiæ
quisquam peccatis mendacijque faciendis con-
ferendum? Quapropter ut perniciosam hu-
jusmodi fiduciam ex animis hominum fundi-
tus Augustinus extirparet, frequenter inculcat
eis, quid illud sit, quod homo ex se conferre
possit, quod non dico meritum gratiæ, sed
vel ordinem aliquem ad gratiam habeat. Do-
cet enim non esse opera vel pietatis, vel vir-
tutis, vel moraliter bona, vel aliquid hujus-
modi, quo posset humana vanitas extolli, sed
esse merita damnationis, hoc est, magnum
miseriarum cumulum, circa quas misericor-
dia ejus posset magis enitescere. Nihil, inquit,
boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum. Atten-
duntur opera tua & inveniuntur omnia mala: si quod
debetur illis operibus Deus redderet, utique damna-
ret. Stipendium enim peccati mortis. Malis operibus
quid debetur, nisi damnatio? Bonis quid debetur, nisi
regnum calorum? Et alio in loco: Totum in illis
asperum, totum tetrum, totum detestandum; & cum
illi nihil adferant ad te, unde salventur, pro nihilo
salvos facies eos, id est, gratis data gratia tua. Et
accuratissima adhibita distinctione naturæ &
actuum, quæ in hominibus ante gratiam re-
periuntur, sic omnem superbiæ fontem tollit:
De me omnino nihil præsumam. Quid enim attuli boni
ut mei in serereis, & me iustificares? Quid in me in-
venisti nisi sola peccata? Tuum nihil aliud nisi natura
quam creasti, cætera mala mea que delevisti. Et in
Psalmum septuagesimum: Commendat nobis gra-
tiam Dei; commendat nobis, quia nos per nosmetipsos
nihil sumus: commendat nobis, quia quicquid sumus,
illius misericordia sumus: Quicquid autem ex nobis sa-
mus, mal' sumus. Et in Psalmum centesimum
quadragessimum secundum: Ecce in tua iustitia
exaudi

Præfat. in
Psal. 31.

In Psal. 55.

In Psal. 58.

In Psal. 70.
in Conc. de
I. parte.

In Psal. 142.
exaudi

Zbid.

Fract. 11. in Ioann.

Fract. 22. in

exaudi me, non quæ ex lege est, sed ea quæ ex fide; ad me enim cum respicio nihil aliud meum quam peccatum invenio. Et aliquantò inferius: Noli ergo putare te aliquid operari, nisi in quantum malus es. Et in tractatibus in Ioannem: Fratres mei quorum opera bona invenit Dominus? Nullorum. Omnia opera mala invenit. Et paulò post: Oportet ut oderis in te opus tuum. & ames in te opus Dei. Cum autem capere tibi displicere quòd fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum confessio est operum malorum. Et in alio tractatu: Vita nostra tanquam nostra, id est de voluntate propria nostra, non erit nisi mala, peccatrix, iniqua: vita vero bona de Deo in nobis est, non à nobis. Cuiusmodi testimonia apud Augustinum innumera perspicue ostendunt nihil omninò inveniri posse in homine faciente per vires naturales arbitrij, quod in se est, cur ad gratiam ei dandam Deus moveretur; nisi forte malitiam, iniquitatem, opera mala, peccata. Quibus hoc privilegium à nemine sanæ mentis adscriptum iri puto.

*AVGUSTINUS
De Civitate Dei*

*vide lib. 4
de statu pure
nature de 1
non multum cur*

Tertiò in eodem tractatu, de statu nature lapsæ post peccatum, prolixè demonstratum est, esse solentem certissimamq; doctrinã sancti Augustini, quòd omnia infidelium opera, quantumcunque speciosa, & ex Philosophica virtute profecta videantur, sint vera & proprie dicta peccata. Cujus doctrinæ fundamenta ibidem latè declarata sunt, & eorum immobilitas asserta. Quæ si secundum doctrinam sanctissimi Præsulis certa sunt, sicut certissima videntur, profectò liquidissimum est, nullo opere se liberum voluntatis arbitrium posse ad gratiam præparare. Neq; enim quisquam, arbitròr, tam insipiens est, ut malis operibus ac peccatis punitione dignis, hominem ad gratiam præparari arbitretur.

Ex quo consequenter fluit, facienti quod in se est per nature vires, nullà stabili lege dari gratiam. Neque enim ulla lex est aut ordinatio Dei, quæ peccantibus, & nihil omninò boni operis facientibus gratia certà lege conferatur. Sed hoc fit non solum omninò gratis, sed etiam juxta profundissimas, & ab humano intellectu remotissimas divinæ gubernationis leges: ex quibus nonnunquam gravissimis peccatoribus gratia datur, mitissimèq; denegatur. Itaque quæstione illà postremà revera nihil aliud queritur, nisi, utrùm minùs peccantibus infallibiliter detur gratia? Quod utrùm quisquam affirmare audeat, equidem nescio. Ad me quod attinet, nec in Scripturis, nec in Augustino quicquam reperi, quo quis in illam suspensionem deduci posset, ut omnibus levius peccantibus gratiam dari arbitretur: cum videamus parvulis, levissimis sine dubitatione peccatoribus, tam multis gratiam subtrahi, ut eos quibus datur, longissimè si à numerositate præcedant. Ut de peccatis actualibus loquendo, non immeritò & hic adversus hujusmodi opinionis auctorem illud Augustini usurpare possimus: Ita intolerabilior sequitur absurditas. Isti enim modo benevolentiam facientem Deum impugnant & sceleratissimum hominibus

*ib. a. cont.
cap. 8.*

quam innocentissimò & purissimò ab omnibus peccatis. Et consequenter, sic fit, ut esse Christianus Deus omnes minoribus peccatis actualibus gravatos velit, quorum multum sunt, hoc est, qui habent averfionem à fide veritatis, hoc est, quod magnum obstaculum est: non omnes velit, quorum est nemo qui nolit, id est parvulos, quod abhorret a vero. Ex quo perspicuum est, minor peccata non esse regulam distributionis gratiarum, nec ejus haberi in ea impartienda rationem, cum adultorum infidelium nemo levioribus peccatis, quam parvuli, sit obnoxius, eamque ob causam rectissimè dixerit idem Augustinus: Quis dubitaverit parvulos non baptizatos, qui solum habent originale peccatum, nec alii proprijs aggravantur, in damnatione omnium levissima futurus? Quis tamen non videt, non exigam gravioris damnationis eorum partem futuram esse, si in illis solis nullus ad pauciora, minorave peccata respectus haberetur ad gratiam adipiscendam: in cæteris vero qui & illo parvulorum peccato, & alijs longè pluribus atque sceleratioribus onerati sunt, illa benignitatis regulà servaretur? Sed, ut dixi, quemadmodum in parvulis quando cum adultis comparantur, nulla hujusmodi gratiæ distributionis lex locum habet, ita in majoribus profus commentitia est, ab illis excogitata, qui insensibilem illam impartiendam misericordiam profunditatem & libertatem non ferentem, catenas fabricare qualescunque voluerant, quibus gratiæ natura neceretur, ut quasi per quasdam scalas ex una in alteram damnata hominù natura conscenderet: atque ita loco detracti sibi meriti & præparationis ac dispositionis, qualemcunque gloriosam in operibus moraliter bonis, illà quæ lapsi sumus superbiâ retineret. Sed hujusmodi scalas frangit, catenasque conterit Augustinus, quando adversus omninò similes cogitationes disputans, de electione ad gratiam salutarem præclarissimè dicit: Certè ita occulta est hæc electio, ut in eadem conspersione nobis prorsus apparere non possit: aut si apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor. Non enim habeo quod intuear in eligendis hominibus ad gratiam salutarem si ad examen hujus electionis aliquà cognitione permittor, nisi vel maius ingenium vel minor peccata vel utrumque; addamus, si placet, etiam honestas utilesq; doctrinas. Quisquis ergò fuerit quamvis minus peccatis irretitus, atque maculatus (nam nullus quis potest?) & acer ingenio, & liberalibus artibus excolitus eligendus videtur ad gratiam. Sed cum hoc statueris, ita me ridebit ille qui infirma mundi elegit ut confundat fortia, & stulta mundi ut confundat sapientes, ut eum intuens, & pudore correctus, ego irrideam multos, & præ quibusdam peccatoribus castiores & præ quibusdam peccatoribus Oratores. Quæ sanctissimi Doctores verba si bene ponderarent, quotquot hujusmodi pontes fabricant, per quos homines qualibuscunque naturalibus conditionibus præditi ad gratiam statuta lege consequendam transeant, forsitan & ipsi pudore correcti riderent imaginationum suarum ludificationes. Quidquid enim ipsi ut adipiscendæ gratiæ viam sternerent, magno labore se excogi-

*lib. 1. m.
tit. 1. 12*

*lib. 1. d.
cap. 1. 1*

*lib. 1. d.
cap. 1. 1*

*lib. 1. d.
cap. 1. 1*

cogitasse gratulantur, jam tot seculis ante profundissimus Doctor vidit abiecit, irritis. Nam ad examen rei occultissime permittens cogitationibus suis libertatem, uniuersa quae quis in hominum natura intueri possit, ad tria capita reuocavit, naturalem constitutionem animi quae ex intellectu & voluntate coalescit, studia voluntatis, & cultum intellectus. Nam corporis qualitates, ad istius rei considerationem admittere, ipsa absurditas vetat. Ad naturalem animi conditionem spectat ingenij acrimonia; ad cultum intellectus honesta studia; doctrina; ad studia voluntatis sola memora peccata. Nam iuxta ipsius principia iam sapientis explicata & inculcata, nihil omnino in voluntate reperitur aut reperiri potest ante gratiam salutarem, nisi minora peccata. Quicquid enim de operibus moraliter bonis philosophia gentium fabulata est, sub minoribus peccatis, velut vera proprieque dicta peccata & supplicii ideo digna comprehendit. Etenim si ipsam hic profecto erat eorum considerandum praecipue locus, utpotè in quibus ali- quid ingenij istius libertatis & bonitatis eluc- cesceret. Quam ob causam istis operibus pot- tissimum, praegenij acrimonia, honestisque doctrinis, Scholastici locum aliquem in ista electione tribuerunt. Sed sincerissimè diuinæ gratiae patronus perspicacissimè vidit, non so- lum nihil huiusmodi bonorum operum ante gra- tiam esse posse, sed etiam si quis eam cogitandi libertate fingeret, nihil aliud nisi cineres colligi in quibus superbia ad extremas suffocatio- nis angustias redacta, iterum foveretur, & in- firmitatis humanae cogitationibus sufflata re- uivifceret. Quis enim non sibi nonnihil blan- diatur, qui sibi citra meritum quidem omne, propriamque dispositionem, gratiam colla- tam videt; verumtamen Deo moralem suam intente bonitatem, quae carens alter perijit. Morbus enim iste tam lubricus est, ut ex ista sola consideratione frequenter inculcet Augu- stinus, Deum cum gratiam suam primum in homines profunderet, noluisse fortes ac sapien- tes, ac nobiles eligere, ne superbia medullitus impressa humani generis visceribus, sibi ali- quid ex illis dotibus tributum gloriaretur, dum infirma & stulta mundi in illis initiis ne- glecta cerneret. Audi saltus humani acerrim- um persecutorem atque domitorem: *Ibi etiam (in luce veritatis) ineffabili delectatione con- tueretur, quam provida & misericordissima dispensa- tione Deus infirma mundi elegit, ut timores nostros cu- raret, stulta mundi; elegit ut confunderet sapientes; atque in ordinibus membrorum Ecclesiae suae tam salutem omnia collocaret ne de ingenio vel litteris suis, quas adhiberent cuius munere haberent, electos se ad adiutorium Evangelicam homines dicerent, atque inde pessima inflarentur superbia. Et in Gal. sexagesi- mum quintum: Descendit Dominus Deus nosse- re Iesus Christus in spiritu reparare genus humanum, & dare gratiam omnibus intelligentibus, quia gratia non est, non merito eorum. Et ne qualiter persona gloriaretur in carne infirmos elegit. Nam inde non est istum ille Nathanael etiam. Quod enim tibi videret,*

ut publicanum in telonio eligeret. *Matth. 23. Non eli- geret Nathanael, cum testimonium perhibuit de Do- mino, dicens: Ecce verus Israelita in quo dolus non est? intelligitur ergo Nathanael, iste dolus fuisse in lege. Non quia dolos non erat electurus: sed si ipse primo elegisset, doctrinae suae merito se electos puta- rent. Et ita illorum scientia laudaretur, & laus Chri- sti gratia minueretur. Et iterum ibidem: Elegit ergo Dominus postea & gratos: sed illi superbi- rent, si non prius eligeret peccatores. Elegit divites: sed di- crecent, merito divitiarum suarum se electos esse, nisi primo elegisset pauperes. Quod laus ibidem exequitur. Et in fragmento novo ex sermonibus: Tu fragmen- taverat docere humilitatem, & expugnare superbiam. Venerat humilis Deus, ne nullo modo hic prius alto- queretur, qui tam humilis venerat &c. Elegit ergo infirmos, pauperes, indoctos; non quia reliquit fir- mos, divites, sapientes, nobiles: sed si ipsos prius eligeret, merito divitiarum suarum, merito nata- lium suorum sibi elogi viderentur, atque inflari de his rebus salutem humilitatis non reciperent, sine qua nemo redire potest ad illam vitam unde non laboremus nisi per superbiam. Quam saluberrimam doctri- nam, & aliis multis locis late tradit, incul- catque studiosè: & paene in omnibus iam ci- tatis locis eam ex Apostoli scriptis se hausisse testatur, qui magna cura fidelibus commen- dat: Videte vocationem vestram Fratres, quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi elegit Deus &c. Et quo tandem scopo? Cui bono? Ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Hoc est ut su- perbia ex hominum cordibus deleteretur: qui- bus nihil est difficilius, quam in laudabilis vite suae morumque consideratione à seipsis oculos cordis avertere, & in illum fontem omnia refundere unde fluunt. Quapropter sicut insulsus esset iuxta Augustinum, divi- naeque gratiae per ambages inimicum, si quis vocationem gratiae, secluso licet omni merito, prerogativis opum, dignitatum, eloquentiae, potentiae, aut nobilitatis ascriberet, ita for- tassis tanto insulsus esset vitium naturalium operibus eam astringere, quanto pronius ex bonis arbitrij sui moribus, quam ex ceteris dotibus saltus humanus inflari solet. Illos enim tanquam ex sua voluntate profectos magis proprie gloriari potest esse suos, cetera fa- cilis videt una cum naturae suae fundo esse do- nata. Nam ex isto capite immanis illa superbia Philosophica & Pelagiana fluxit, de moribus suae voluntatis gloriantium, tanquam qui soli ex se solis suaeque virtute proficiscerentur. Hinc illa Thrasonis Ethnici vox, quam Pelagianus saltus peene superavit: Est aliquid quo sapiens an- tecedat Deum, ille naturae beneficio, non suo sapientis est. Intelligit enim sapientiam illam practicam qua quis omnes actus vitamque suam sapien- ter facit & regit: unde hortatur alibi, ut ho- mo contentus sit semetipso & ex se nascentibus bonis. Quae nulla intelligebat alia, nisi quibus Scho- lastici naturaliter mores ornari posse profi- terentur. Qui ergo fieri posset, ut si quis talem audiret gratiam Christi quam sibi datam vi- det, ex moribus laudabilibus huiusmodi fide*

Libri de
Sapientia
Dionysii
17.

Epist. 64.

tu fragmen-
to 9. v. 10.
Vide scem
50. de verb.
Domini c. 10
serm. 27. de
verb. Apost.
Corr. 7

IN
VI

esse religatam, ut facienti quod in se est nemi-
ni subtrahatur, non sibi nonnihil gratulare-
tur, non pellicera vanitatis vento intumesceret?
Quanto salubrius Doctores isti, inspecto
ipsius gratia nomine, quæ gratis datur, ac-
tenderent ad ipsam omnibus modis commen-
dandam, cum de celo Dei sapientia descen-
deret, omnia superbia fomenta removisset;
nec tantum in omnibus vitæ suæ mysteriis hu-
militatis extrema se statum, sed & in vocan-
dis hominibus abjectissima quoque seligendo
omnes inflationis occasiones studiosè decli-
nasse. Vt enim optimè sagaciterque Augusti-
nus: *Tam largo fontis vas mane admovenda: m est.*
Nullum autem est plenius, hoc est minus inane,
quam quod faciendo quod in se est, eru-
ctat mores suos moraliter bonos. Sed multum
vereretur, ne si in humanæ vocationis initiis
aliquis manifestus peccator, cum alio faciente
quod in se est, accurrisset ad Christum, verba
ipsius ab Augustino consignata, altero negle-
cto audisset: *Veni tu pauper, sequere me. Nihil ha-
bes, nihil nescis, sequere me. Idcirco pauper sequere me.*
Non est quod in te expavescatur, sed multum est quod
in te impletur. Nimirum ut evidentius gratia
comendetur, ne glorietur omnis caro coram
eo. Nam ut alibi Christus Augustini pro gratia
satis factis verbis loquens dicit: *Hanc si implevero,*
manifestum erit quod ego facio. Quæ ob causam etiã
Ecclesiastica monumeta revolvendo deprehendi-
mus, Philosophos illos qui præ cæteris hu-
manam naturæ morali honestate atq; bonitate
excolere conati sunt alienos à Christi gratia
veraque fide fuisse: peccatores manifestos vice
versa vocatos. Vt nihil sane in hac re salubrius
sit quam ignorantiam regularum impartiendæ
gratiæ cum Augustino profiteri: qui plerum-
que docet rem istam esse occultissimam, judi-
cia inferutabilia, vias investigabiles, summa-
que libertate Deum exigere donareque debi-
tum, quando & cui placet. Vnde cum dixisset
id, quod si præ produximus, se nihil nisi in-
genii acrimoniam, vel doctrinas, vel mino-
ra peccata in hominum electione consideran-
da reperire, contra hujusmodi regularum archi-
tectos adiecit: *Quare tamen & huic ita & huic non*

*Serm. 59. de
verbis Do-
mni cap. 10.*

ibid.

*Serm. 27. de
verbis Ap-
ostoli cap. 5.*

*Libro 1. ad
Simpl. quest.
114. in fine.*

*ita? Homo tu quis es? Debitum si non reddis habes
quod gratuleris: si reddis, non habes quod queraris.
Credamus tamen, etsi capere non valeamus: quoniam*

*qui universam creaturam & spiritalem & corporalem
fecit & condidit omnia in numero & pondere &
mensura disponit. Sed inferutabilia sunt iudicia eius
& investigabiles viæ eius. Dicamus halitus, & e-
laudamus canticum & non dicamus quid hoc, vel quid
hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt. Cujus
occultissimæ misericordiæ & gubernationis
inferutabilis alibi exemplum ponens: *Vnde cap. 32.*
*enim, inquit, sit ut homo ab inventi pueritia mode-
stior, ingeniosior, temperantior, & magnâ parte li-
bidinum victor, qui oderit avaritiam, luxuriam de-
testetur, atque ad virtutes cæteris provelis: ap-
tior, consurgat; & tamen eo loco sit ubi ei prædicari gra-
tia Christiana non possit? Quomodo enim invocant
in quem non crediderunt? Quomodo autem credent in
quem non audierunt? Quomodo autem audient sine
predicante? Alius autem tardus ingenio, libidinis
deditus, flagitiosus & facinoribus cooperatus, ita gover-
netur ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, ans si
detentus hic fuerit, laudabiliter vivat? Quod aptius
exemplum operum moralium vel facientium
quod in se est, ab his authoribus, adversus
quos satagimus, excogitari possit, sane non
video. Vt enim aliquis nature viribus ante
gratiam, omnium libidinum victor fiat, quis
Catholicus audeat sperare vel dicere? Et ta-
men hæc videmus contra regulam quam de fa-
cientibus quod in se est fabricant, homini bene-
moratissimo gratiam subtrahi, flagitioso,
facinorosoque dari. Vt in his iudiciis Dei de
distributione gratiarum, exclamare disceremus,
sicut cum Apostolo ibidem Augusti, exclamar:
*O altitudo divinarum sapientia & scientia Dei! Nec
in eorum numerum censeamur, quos dicit,
cum humanis conciliis iustitiam Dei defendere
vellent, & ignorarent ALTIUDINEM GRATIAE,
fabula improbabiles excussisse. Fateamur potius
humiliter infirmitatem nostram, quemadmo-
dum profundissimæ gratiæ defensor suam su-
perius factus est, ac tacite quamvis modestè
insinuat, omnibus nisi errare velint, fatendum
esse: Certè ita occulta est hac electio, ut in eadem
conspersione nobis prorsus apparere non possit, & si
apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meam
fateor. Nihil enim conando, sudandoque in
hoc examine invenire se posse profiteretur præ-
ter naturam, doctrinam utiles, ac minora peccata.
Quibus ne istam electionem alliger, se pudore
detexerit.***

CAPVT SEXTVM.

Transitus à natura ad gratiam generaliter dictam. Di-
visio ejus generalis: multiplex genus legis ac
doctrinæ. Explicatur status causæ.

CVM ergò satis declaratum sit arbitrium
voluntatis concupiscentiæ terrenæ sub-
jugatum, non posse suis viribus natura-
libus jugum illud diabolicæ servitutis
executere, causæque expolita sit cur non possit,
nihil superest nisi ut tantum beneficium in di-
vinam gratiam referatur. Cum verò gratia

A duplex sit, intellectus & voluntatis, prius de
gratia intellectus, posterius de altera tractan-
dum erit. Porro gratia intellectus rursus bi-
fariam dividitur, alia extrinsecus humanos
sensus intelligentiæ scientiæque subservientes
ferit, ut prædicatio, exhortatio, suasio, pro-
missio poenarum, præmiorumque propositio
alia

alia intrinsecus ipsam mentem sapientia re-
 velatione seu cognitione veritatis imbuat.
 Veraque generaliter nomine doctrinae aut leg-
 is appellari solet, juxta illud Augustini hoc
 ipsum probare satagentis: In lege namque, & do-
 ctrinae sanctarum Scripturarum futura gloria atque
 praemiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam
 pertinet etiam quod sapientia revelatur; ad doctrinam
 pertinet cum suscipitur omne quod bonum est. Et si
 inter docere & suadere, vel potius exhortari distare
 aliquid videtur, etiam hoc tamen doctrinae generalitate
 concluditur, quae quibuscumque sermonibus vel literis
 continetur. Nam & sancta Scriptura docem &
 exhortantur, & potest esse in docendo & exhortando
 etiam hominis operatio. Eodem pertinet & exem-
 plum Christi ac Sanctorum, vel quorum-
 cumque qui bene ut male vixisse memorantur,
 juxta illud eiusdem Augustini: Quod exem-
 plum Christi nihilominus ad doctrinam pertinere per-
 spectis, quae nobis Evangelica demonstratur. Eo-
 dem etiam quaecumque significativa Sacramen-
 ta quatenus talia, sive veteris legis, sive novae.
 Nam ista consideratione totam vim suam in
 significando exserunt, ut intellectus instrua-
 tur, & sub genere signorum collocantur, in-
 terpretante vim nominis Augustini, cum di-
 cit: Tanta res Sacramenta id est, sacra signa. Signi
 autem cuiuscumque scopus & fructus est, ut
 scientia generetur, quamvis aliud propin-
 quius aliud remotius illam suscipiet. Nam
 remotissima doctrina est, quae sensibus exterius
 influit, sive auribus per quoscumque sonos;
 sive oculis per characteres, scripturas, aliaque
 signa visibilia, sub quibus caeli terraeque spec-
 ties, aliorumque mirabilium comprehenditur,
 quae Deus sive condendo, sive gubernando vi-
 sibiliter operatur. Nam illis omnibus Au-
 gustinus, nutus, locutiones, clamores, res-
 ponsiones, voces tribuit, hoc est, signa qui-
 bus indicant auctorem suum: Nutus sui sunt
 omne creaturarum decus. Calum & terra surdis lo-
 quuntur laudes tuas. Exclamaverunt voce magna: Ipse
 fecit nos. Interrogatio mea, intentio mea, & responsio
 eorum, species eorum. Nec vocem suam mutant, id est,
 speciem suam &c. Sive denique tactui, gu-
 stui, odorati, per quos etiam sensus aliquid
 intellectui insinuari potest. Propinquior do-
 ctrina est quae phantasiae admovetur, sive vi-
 gilantis, sive dormientis. Nam sine illius
 imaginario & significativo motu, sola sen-
 suum exteriorum pulsatione non erudimur.
 Propinquissima denique est, quae veritas ipsa
 intellectus operatione percipitur, idque non
 solum naturaliter, sed etiam quacumque &
 quantumcumque sublimi revelatione aliquis
 in tertium caelum usque raperetur. Unde &
 Augustinus revelationem quam in raptu Pau-
 lus habuit, sub doctrina & lege revelationem
 sapientiae, ut audivimus, continente, com-
 plectitur: Quid autem dicam de revelatione sa-
 pientiae? neque enim facile quisquam speraverit in
 hac vita posse pervenire ad magnitudinem revelatio-
 nem Apostoli Pauli. Et utique in eis quid aliud cre-

ditum est ei revelari solere, nisi quod ad sapientiam
 pertinet? Quam sapientiae revelationem plu-
 ribus locis alibi docet, fuisse divinae essentiae,
 hoc est, claram ipsius supremae veritatis visio-
 nem, quia Deus ipse dixit: Ego sum veritas. Nam
 & ista ipsissima veritatis clara revelatio genus
 quoddam perfectissimae doctrinae est, & qua-
 tenus tale solum intellectum afficit, quamvis
 magnos miroscumque affectus voluntatis post se
 trahere soleat.

His itaque de legis doctrinaeque amplitudi-
 ne praebatis, quaeri potest, utrum huiusce-
 modi gratiae auxilio sublevata & adjuncta na-
 turae voluntatis liberari possit à servitute, qua
 detinetur, & expedita fieri, ut velit & opere-
 tur bonum. Affirmativam partem tenuerunt
 unanimiter Pelagiani, simulatque à gratia
 naturae praedicanda deterriti, & Augustini
 disputationibus fideliumque clamoribus ad
 imbecillitatem ejus agnoscendam, fatendam-
 que compulsi sunt. Tunc alium illa secta
 vultum induit, & naturam peccandi consue-
 tudine infirmam, divinae legis institutione,
 praemiorum caelestium pollicitatione, sapientiae
 revelatione, suasionem, Christi exemplo
 juvandam, teporemque ejus succendendum
 esse docuerunt. Quem tertium Pelagianismi sta-
 tum fuisse, post puram naturae, & naturalis gratiae
 praedicationem, nos ante in Pelagianorum
 dogmatum explicatione demonstravimus.

Porro status ille Pelagianae haeresis, pro-
 prius, ut ibidem diximus, Iudeorum error
 fuit de lege sibi data gloriantium. Hac enim
 instructi, universa bene vivendi praecipia se
 implere posse putaverunt, nec alio se indigere
 voluntatis adiutorio. Nam quemadmodum
 ante legem datam, status hominum proprie
 sub gratia naturae fuit, ita post illam divinitus
 in monte Sinai latam, status populi Iudaei
 sub gratia intellectus fuit, sicut post mediato-
 ris adventum, sub gratia affectus seu volunta-
 tis. Primus dicitur status naturae, alter Te-
 stamenti veteris, postremus novi. Itaque
 quemadmodum superius generaliter declara-
 vimus, naturam non potuisse seipsam sine gra-
 tiae adiutorio à peccati servitute liberare, ita
 nunc generaliter de viribus legis quae Iudeis
 data fuit, ad asserendam libertatem disputa-
 dum est. Ex cujus disputationis luce palam
 fiet, quid de quacumque doctrina, sive vete-
 ris, sive novae legis, sive internae, sive exter-
 nae, prout amplitudinis ejus limites paulo ante
 descripsimus, arbitrandum sit.

In cujus quidem quaestione enodatione ne-
 mo superfluum operam poni putet. Nam
 quamvis Catholici Doctores uno ore legis
 doctrinaeque infirmitatem ad faciendam iusti-
 tiam conclamare videantur, vera tamen ratio
 plerisque latet. Ex quo fit, ut in hujus ipsius
 quaestione anfractibus nonnulli non medio-
 criter offendant, & in capitibus non paucis ac
 parvis veteris legis hallucinentur.

Epist. 112.
 c. 13. & lib.
 12. de gen. ad
 litt. cap. 28.

Vide latius
 libro 5. de
 haeres. Pelag.
 cap. 3. 4. & 9.

CAPVT SEPTIMVM.

Gratia divinæ legis ac doctrinæ arbitrium liberare non potest, ut velit & operetur iustitiam. Causa rei istius datur: & profertur primus effectus legis, dare cognitionem peccati.

QUÆSTIONIS istius resolutio inter Catholicos Scriptores plana & certa est, nullo pacto legem atque doctrinam ad arbitrij liberationem sufficere, ut illa sola adiutum iustitiam legis velle possit & facere. Hoc enim diversis locis Apostolus aduersus Iudeorum errorem de legis adiutorio tumescendum instantissime docet: *Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.* Et rursum: *Quoniam in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est; quia iustus ex fide vivit.* Et inferius: *Si data esset lex quæ posset vivificare, verè ex lege esset iustitia.* Et alibi: *Non enim per legem promissio, &c.* Quibus omnibus aliisque multis locis postea proferendis significatur, legis auxilium non sufficere, ut per eam liberum arbitrium vivificari possit, & iustitiam legis implere. Hoc id in sexcentis locis ex professo inculcat Augustinus. Unde illud in libro de gestis Pelagij: *Non ergo natura &c. non legis scientia, per quam sit concupiscentia cognitio, non evictio liberat a corpore mortui huius, id est a vitij eius, sed gratia Dei per Iesum Christum.* Et rursum: *Ista gratia non est natura moriens, nec littera occidens, sed Spiritus vivificans. Tam enim habebat iste naturam cum voluntatis arbitrio, iam habebat cognitionem legis sanctæ, sed non habebat vires agenda persicienda, iustitia.* Et libro tertio ad Bonifacium: *Lex sancta & iusta & bona; nec ipsa est gratia, & nihil ex ea rectè sit sine gratia; quia non est data quæ posset vivificare.* Et alibi: *Non sunt igitur liberi filij, qui legem a operunt littera &c. sed qui spiritu gratia, quo lex ipsa sancta, & iusta, & bona possit impleri.* Hoc est, non fiunt liberi, seu non liberantur, qui solâ lege juvantur, sed qui spiritu gratia. Et libro de gratia & libero arbitrio: *Sub lege enim erant, non sub gratia; & ideo eum dominabatur velut adhuc servus peccatum, à quo non sit homo liber lege sed gratia.* Et mox: *Si autem lex non est gratia, quia ut ipsa lex fiat, non potest lex adiuvari, sed gratia, nam quid nativa erit gratia?* Et libro sexto contra Iulianum: *His omnibus tempus significare intelligitur, quo sub lege vivebat, & nondum aditus gratia, concupiscentijs carnalibus vinciebatur. Quo significat animum per legem nullo modo à concupiscentiæ dominatione liberari. Quod apertius docet in libro Retractionum primo: Dixi hominem describi illis*

verbis inter cetera: *Quis me liberabit, &c. adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutum, benefacere volentem, sed victum concupiscentiæ carnis malefacientem. A cuius concupiscentiæ dominatu non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum dono Spiritus sancti, &c.* Sed quid multis? nihil tanto conatu aduersus Pelagianos egit Augustinus, quam ut istam capitalem Catholicæ fidei veritatem assereret.

Hujus porrò doctrinæ rationem qui inde petunt, ut Scholastici plerique solent, quod actus liberi arbitrij vi legis adjuti essent tantummodò naturales, seu ordinis naturalis, proinde gratia omninò necessaria sit, ut ad ordinem supernaturalem eleventur, nullo pacto naturam gratia Christi, & causam necessitatis ejus intelligere videntur.

Quapropter quamvis in superioribus eadem de re non nihil diximus, & infra copiosius dicturi simus, ad planiorem tamen rem quam hic tractamus, intelligentiam, sciendum est, duas Augustino Doctore causas esse, quibus libertas ad bonum operandum labefacta est, arbitriumque in servitutum præcipitatum, ignorantiam, & concupiscentiam: quam postremam nonnunquam necessitatem, ac difficultatem nuncupare solet; quia resistendo bonæ voluntati, difficilem imò impossibilem iustitiæ operationem facit, nisi divinæ gratiæ vi majore superetur. Ignorantia quippe tollit boni cognitionem, ut illud velle non possit; ignoti enim nulla cupido: difficultas, libertatem voluntatis ligat, ut quamvis illud quandoque concusso nonnihil vinculo servitutis, per gratiam inchoatam velit, non possit illud operari. Vtrumque istud poenale impedimentum tangit, explicatque disertè Augustinus. Cum enim tradidisset peccata quædam ex iusta poena præcedentium, ignorantia vel necessitate committi, sic subiungit: *Nunc autem quia ita est, hoc est, ita in potestate ut bonus sit, sive non videndo qualis esse debeat, sive videndo & non valendo esse, qualem debet esse, & videri. Pœnam istam esse quis dubitet? Non habere hominem in potestate ut bonus sit, ex ignorantia & infirmitate, nihil est aliud, quam non esse homini liberum, ut bonus sit: quia juxta solemnem ejus definitionem latissime à nobis explicandâ, hoc est homini liberum quod*

AVGUSTINUS
De Pelagij Gestis

Galat. 3.
Ibid. cap. 4. vivit.
Rom. 4.
Lib. de gestis Pelag. 1. 8.
Cap. 9.
Lib. 3. ad Bonif. cap. 3.
Ibid. 1. 2.
Lib. de gratia & lib. arb. cap. 12.
Cap. 13.
Lib. 6. contra Iul. c. 23.
Lib. 1. Retractionum primo: Dixi hominem describi illis

Lib. 1. 4. cap. 14.

29

quod habet in sua potestate. Et infra ut ho-
minibus tolleretur admirationem de doctrina
tam arcana, causam reddit amissa libertatis
operandi boni: Nec mirandum est quod vel igno-
rando non habeat arbitrium liberum voluntatis ad
eligendum quid recte faciat, vel resistente carnali
concupiscentie, hoc est concupiscentia, qua vio-
lentia mortalis successione quodammodo naturaliter
invenit, videat quid recte faciendum sit, & velit,
nec possit implere. Illa est enim peccati pena insinua-
ta, ut amittat unusquisque quo bene uti voluit,
cum sine ulla possit dispendio si velle. Id est autem,
ut qui sciens, recte non facit, amittat scire quid re-
ctum sit: & qui recte cum possit voluit, amittat posse,
cum velle. Nam sunt revera omni peccanti anima duo
illa mala, Ignorantia & Difficultas. Ex ignoran-
tia delinquit error, ex difficultate cruciatus affligit
est. Quia de re alibi latius.

Hanc ergo Augustini veram perpetuam-
que mentem, velut totius doctrinae basim
quam ipse scripsit, & Ecclesia tenet de gra-
tia Dei, quisquis prae oculis habuerit, quem
admodum ad multas difficultates penetran-
das, alidie prae oculis haberi debet, facile
ipsam radicem cernet, cur gratia legis non
solum veteris, hoc est, decalogi, qui univer-
sam rerum agendarum summam comprehen-
dit, sed qualicumque tandem, non sufficiat
ut arbitrium liberetur. Cum enim duobus
ex capitibus ei iustitia bona libertatis inflicta
sit, ex ignorantia & concupiscentia, cognitio
legis tollit quidem agendum vitandorum-
que ignorantiam, sed difficillimam superato
concupiscentiam relinquendam, imo ro-
bustioram quam ante scientiam habuit: quae
tantoperi suae servituti subjugatum arbitrium
volendi tenet, ut ne quidem agnitionem iam
bonum velle possit, multo minus facere, nisi
huc ipsum tracto ejus impetu novi amoris in-
spiratione tribuatur. Ut sane ab intelligen-
da gratia Christi remotissimi sint, quotquot
nihil aliud, nisi operis boni supernaturalitatem
cogitant & inculcant, cum de gratiae ne-
cessitate disputant. Opus enim bonum omni
creaturae etiam integerrimae supernaturale
est: cum tamen ad illud operandum nulla
Christi gratia vel Angeli, vel Adamus in-
digerint, & sine illius ope opera bona exer-
uerint. Quod dilucidius in gratia Christi
explicanda enodabitur.

Vera itaque causa, cur Christi gratia prae-
ter gratiam legis ac scientiae necessaria sit, ut
arbitrium ad bene volendum operandumque
liberetur, non est operis supernaturalitas, sed
est, infirmitas voluntatis quam concupis-
centiae vulnus peperit. Ex qua fit, ut quam-
vis alter fons amissa libertatis per scientiam
legis obstructus sit, arbitrium adhuc ad vo-
lendum bonum imbecille sit, & non libe-
rum, sed concupiscentiae suae servum, à
qua servitute, adhuc nova, & altiore, &
digniore, & potentiore gratia liberandum
est, quae proprie Christi gratia, novique

Testamenti nuncupatur.

Hanc igitur radicem tangit Augustinus,
quoties necessitatem verae gratiae & infirmi-
tatem legis inculcans, legem peccati, hoc est
juxta phrasim Apostolicam, concupiscentiae
cognitionem, non medicinam attulisse pro-
fitetur: Per quam legem non sanatio, sed cog-
nitio est facta peccati. Et libro primo ad Boni-
facium: Sine lege peccatum mortuum est, non
intelligimus, nisi tanquam non sit laes, non appa-
ret, penitus ignoratur, tanquam in nescio qui-
bus ignorantiae tenebris sit sepultum. Id quod ad-
iungit, adveniente autem mandato peccatum revi-
vit, quid est aliud quam emittit, apparuit? &c.
Quia nimirum in parvulis tanquam mortuum
sit laes, sicut peccatum concupiscentiae,
donec repugnans iustitiae malum, eius prohibitione
sentiantur, cum aliud iubetur atque approbatur,
aliud delectat, atque dominatur. Et libro pri-
mo ad Simplicianum: Intelligendum est, legem
ad hoc datam esse, non ut peccatum (id est con-
cupiscentiam) inferretur, neque ut extirparetur,
sed tantum ut demonstraretur. Et iterum ibi-
dem: Unde apparet, concupiscentiam per legem
non instam, sed demonstratam. Et in Psalmum
octogesimum tertium: Data est lex hominibus,
non qua salvaret eos iam, sed per quam cognosce-
rent, in qua agritudine iacebant. Et iterum
eodem loco: Data est ergo lex, ut agrum de
morbo convinceret, qui sibi sanus videbatur: ut
peccata demonstrarentur, non ut auferrentur. Et
rursum: Ergo lex praecebat aegrotos non sanabat.
Et in fermone de quinque porticibus: Ergo
attendat charitas vestra, ad hoc data est lex, qua
proderet morbis, non qua tolleretur. Quod alijs
sexcentis locis inculcat.

Eandem omnino radicem tangit, quan-
do tam instanter docet, legem nihil aliud
praestare, quam quod vetet malum ac jubeat
bonum, nullas vero arbitrio voluntatis vi-
res ad illud cavendum, agendumve confer-
re: Sic legem omnis Catholicus à Deo bono
datam esse descendit, ut eum dicat, & peccatum osten-
dere, non tamen tollere; & iustitiam, hoc est
opus justum iubere, non tamen dare. Et libro
de Spiritu & littera: Legis littera scribit facit
peccatum potius, quam cavere. Et inferius:
Mandatum bonum habet in littera demonstrante,
non in adjuvante Spiritu. Et libro primo de
peccatorum meritis: Iubere tantum non adju-
vare poterat. Et libro primo ad Bonifacium:
Lex iubere novit, cui succumbit infirmitas, gratia
iuvare qua infunditur charitas. Cujusmodi lo-
cis scripta Augustini plena sunt.

Eandem radicem tangit cum homini per
legem insinuatam tradit, ut scditatem suam,
in qua jacebat, velut opposito sibi speculo ag-
nosceret, non tamen eam detergendo auferri
nisi per gratiam Liberantis: Non data est lex
qua posset vivificare, sed qua ostenderet peccata pec-
catori. Peccator enim oblitus erat se, nec videbat se.
Data est illi lex, ut videret se, fecit reum lex, libera-
vis lator legis. Et libro de peccato originali: Non

B. 2

Lib. de pec-
orig. cap. 24.

nim data est lex, quae posset vivificare, sed qua mor- A
 tuos, quibus vivificanda gratia esset necessaria, non
 solum peccati propagatione & dominat. que prostratos,
 verum etiam ipsius legis addita pravitate ne con-
 vultos deberet ostendere, non ut periret quis suis hoc
 in Dei misericordia etiam tunc intelligeret, sed ut per
 regnum mortis ad sup. cum destinatus, & iam sibi
 ipsi per pravitationem legis manifestatus, Dei que-
 reret adiutorium. Et sermone quinto de verbis
 Apostoli: Quid ergo? Quid dubitamus ad hoc le-
 gem esse datam, ut inveniret se homo? Quando enim
 Deus non prohibebat a malo, latebat se homo, vires
 suas languidas non invenit, nisi quando legem probi-
 tionis accepit. Invenit ergo se in malo invenit se.
 Quo fugis se? Quocumque enim fugerit se, sequitur
 bis. Et quod ei prodest de se invento scientia, quam
 sanctorum consentia? Et in sermonibus de tem-
 pore: Praesumebant homines de viribus suis. & facien-
 do quicquid sibi licere arbitrabantur, peccata in
 legem Dei occultam. Vide ista lex manifesta promul-
 gata est eis, qui omnino sibi vici esse non videbantur.
 Data est illis lex, non qua sanaret, sed qua agros-
 tantes probaret. Lex praecurrit ante medicum, ut
 se agrotus, qui se sanum putabat, inveniret agros-
 tum. Et praecurrit in alio sermone quodam ad
 populum: Qui agrotabant, sanos se esse putant:
 acceperunt legem quam implere non poterant. Videre-
 rent in quo morbo essent, & imploraverunt manus
 Medici. Voluerunt sanari, quia cognoverunt se salo-
 tate: quod non cognoscerent nisi data. lex. in imple-
 re non possent. Innocens enim sibi homo videbatur. &
 ex ipsa superbia innocentia falsa insaniore sebat. Ex
 ex hominibus omnia simul iurata complexus:
 Optime autem sequitur, & dicit: Etenim benedictio-
 nem gratiae dabit, qui & legem dedit. Ad hoc enim
 lex data est, ut si verbo infirmitatem suam novam fa-
 ceret, infirmo patientiam si aderet. Ad hoc lex data
 est, ut vulnera ostenderet peccatorum quae gratia ben-
 edictione sanaret. Ad hoc etiam lex data est, ut di-
 ceremus in convalle plorationis, video aliam legem in
 membrum meum repugnantem legi mentis meae, & cap-
 tivitatem in lege peccati, quae est in membris meis. &
 cum ipso plorare diceremus. Infelix ego homo, quis
 me liberabis a corpore mortis huius? Quae sane
 omnia apertissime & satiissime docent con-
 vincuntque id quod supra diximus, legem
 tantum unam amissa libertatis causam tollere
 ignorantiam, quatenus quid agendum & vi-

Cor. 5. de ver
Apost. 1. 1.

Serm. 49. de
Rom. cap. 2.

In Append.
serm. 5. quin-
que portis.

27. mil. 50.
cap. 2.

tandum sit, hominem docet: alteram vero
 causam, quae potissima est, hoc est, malorum
 concupiscentiam, non solum relinquere invi-
 ctam, sed etiam hominem docere, in quo
 morbo jaceat, adeoque imbecillitatis propriae
 convincere, quatenus praeccepto admonitus
 videt, manumque quasi tangit se affectum suum
 a concupiscentiarum suarum dominatum liberare
 non posse, nec facere quod jubetur: ut
 ita peccato prostratus & fractus, ac lege do-
 ctus atque convictus, tandem aliquando ad-
 versus concupiscentiae suae dominatum discat
 implorare gratiae libertatem, cum Apostolo
 exclamando: Infelix ego homo, quis me liberabit
 de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Chri-
 stum Dominum nostrum. Quam libertatem nisi
 contra concupiscentiam laborantibus gratia
 divina largiatur, juxta Catholicam doctrinam
 certum est homini esse succumbendum;
 ita definiente ad Episcopos Africanos Innocen-
 centio: Necessum est ut quo auxiliante vincamus,
 eodem iterum non auxiliante vincamur. Nam illa
 Apostoli oratio: Quis me liberabit de corpore mor-
 tis huius? proimpetranda contra concupiscentiae
 dominationem libertate, adversus vitia
 carnalia, ut jam supra ex Augustino dixi-
 mus, funditur. Ist enim omnino similis illi,
 quam David fudit, quando precabatur: In-
 vera mea dirige secundam verbum tuum, & ne do-
 minetur mihi omnis iniquitas. Ad quae verba san-
 ctus Augustinus: Quis modum libera est, cui
 dominatur iniquitas? Ut autem ei non domine-
 tur, vide ab illa qui invocatur. Precatur non possit
 cessare; confitetur, non proficitur. Optat plenissimam
 libertatem, non iactat propriam potestatem. Quae
 totidem verbis de illa Apostoli oratione: Quis
 me liberabit? pari omnino veritate atque soli-
 ditate dici queunt. Porro in isto primo effe-
 ctu legis tradendo. sanctus Augustinus Apo-
 stoli Pauli vestigia secutus est, qui exserte di-
 cit ad Romanos: Per legem cognitio peccati. Et
 apertius: Peccatum non cognovi nisi per legem: Et
 nam concupiscentiam noscibam nisi lex diceret: Non
 concupisces. Quibus hoc docet, quod tradidi-
 mus, Legem datam datam esse, ut non pec-
 cati evictio, sed cognitio fieret, & ita agnos-
 ceret homo, quo morbo laboraret, quod ante
 legem ignorabat.

AVANT
LA BIBLIOTHEQUE



CAPVT OCTAVVM.

Secundus effectus legis, reddere præcepti observationem
difficiliorem sine gratia, propter incrementum
concupiscentiæ.

VT verò natura legis lectoribus explorator sit, quæ nonnullis recentioribus, valde incognita est, gratiumque offensionum, in causa gratiæ & libertatis occasio, opera pretium est alios nonnullos effectus legis verumque scopum, quem in ea ferenda Deus habuit, patefacere. Nec enim res ista tam in præpatulo posita est, ut Scholastici nonnulli putant. Non enim aliud ferè in legis latione considerare solent, quàm quod velut lumen quoddam divinitus accensum fuerit, in cuius radijs ambulantes rectè viverent. Gratiàm enim sufficentem, quæ Iudæos à peccati seu concupiscentiæ dominatione liberaret, hoc est, liberos faceret, ut legis præcepta custodiendo vita æterna potirentur. Ita ferè recentiores Philosophiæ potius humanæ quam Theologiæ divinæ seita persequendo statuunt. Hæc enim imaginatio ab Augustini sexcentis locis tradita doctrina per quam longè recedit. Ignoscendum est in re obscura laborantibus. Sacramentum enim longè arcanius in legis illius procuratione latet, quàm vulgò putant. Agnovit hoc Augustinus, quando dicit: *Habet aliquid obscurum traditio ipsa legis; propter quam obscuritatem, magnum ibi mysterium latuisse confirmat.* Et prosper multo maximè quando dicit, utilitatem & iustitiam legis altissime latuisse. Hæc igitur altissime latens legis utilitas Iudæis lapsi offensionis fuit; & ne etiam Catholicis nonnullis fiat, quantum Deus vires dederit, eruenda est. Ita enim decessit divini gratiæ ad infringendam concupiscentiæ tyrannidem, excutiendumque iugum servitutis, quo voluntas premitur, & magnitudo gratitudinis, quam largitori gratiæ Testamenti novi, & liberatori suo redempta creatura debet, magis elucescent.

Quapropter quisquis legem Iudæis eo immediato scopo datam esse putat, ut præceptorum eius luce eraditi, facilis evaderent peccata, quæ antea legis naturæ transgressione perpetrabant, non mediocriter hallucinari videtur. Tantum enim abest, ut lex institutionis illius allataque scientiæ de rebus agendis cavendi que beneficio, majorem afferret iustitiæ facilitatem, ut potius eam difficiliorem faceret, & quasi muro quodam interposito impossibilem. Paradoxum hoc videbitur cuiuspiam Stoici mirabilis, divini que beneficiæ & benevolentiam non satis decens. Ad quid enim hominum suscipite naturâ corra-

Aprissimâ satis imbecillium conatus, novis aliatibus sub specie beneficii difficultatibus deterere & ipsa quasi iustitiæ impossibilitate ac desperatione frangere? Ita homines humano sentia cogitant. Sed vanæ sunt cogitationes hominum, adversus ætæ ætatum & beneficentissimum consilium Dei.

Quod antequàm illo ipso jurante, detegamus, interim id quod jam diximus legem attulisse Iudæis maiorem iustitiæ servandæ difficultatem, peccandi que pronitatem ac promptitudinem, declarandum est. Nihil enim in Augustini & veterum gratiæ defensorum scriptis decantatius est: utpotè qui nihil inculcant studiosius quam legem, quæ id quod malum est vetat, accendere potius quam sedare peccandi sitim. Augetur enim repressa cupiditas & bono concupito quasi in perpetuum caritura, fortius in ejus fruitionem exardescit. Ex quo efficitur necessariò, ut præcepti servandæ difficultas longè operosior molestiorque fiat, dum id augetur, quod solum ejus culte diendi difficultatem asserbat. Quanto enim libertas scientiæ legis beneficio expeditior esse videbatur, tanto arctioribus crescentis cupiditatis & servitutis vinculis angatur, nisi alio novo gratiæ subsidio impetus ejus refringatur. Saluberrimam istam sancti Doctoris institutionem audiant homines qui sibi de accepta terum agendarum cognitione plus quam satis est blandiuntur: *Venundatus est sub lege à peccato, quoniam peccatum in se ipsa voluptatis amplectitur dulcedinem illam quæ fallit, & deletatur etiam contra legem facere, cum tanto magis libet, quanto minus licet.* Audi hinc majorem arbitrii servitutem, quam qua ante premebatur: *Quæ suavitatis fructum non potest, quasi presso condimento suo, nisi cogatur tanquam inemptum mancipium servituti libidinis, sentit enim se servum dominantis cupiditatis, qui prohibetur, & se rectè prohiberi cognoscit, & tamen facit.* Nam de tali instructo iam per legem paulo inferius dicit, quod trahunt ad male operandam, concupiscentiâ dominante, atque fallente dulcedine peccati, quamvis ex parte notitia legis hoc improbet. Et in eadem questione superius: *Peccatum, id est concupiscentiâ, non legitime utens lege, ex prohibitione aucto desideria, in eis scilicet est, & ideo seculis.* Fallax enim dulcedo est, quam plures atque maiores penarum amaritudines consequuntur. *Quæ ergo ad hominum nondum spiritalem gratiam respicientibus suavis admittitur, quod veratur, fallit peccatum falsâ dulcedine.* Et libro de vera Religione addit & penam: *Vehementior prohibito peccatorum, & penam peccantium, serviliter coercens,*

ceteris, carnalibus animis atrociores impetus libidi-
 nis gignit, & cuncta commissa congenerat. Et in
 Epistola ducentesima: Lex ostendit hominem sibi
 ipsi, ut sciat infirmitatem suam, & videat quemad-
 modum per prohibitionem augetur peccati carnalis
 concupiscentia quam sanetur. Appetunt enim ar-
 dentius, quae verantur, dum id quod spiritaliter tu-
 betur, carnalis observare compellitur. Et libro de
 Continentia: Auxa prohibitio concupiscentiam
 eamque, fecit invictam. Ecce invictam legis instru-
 ctione concupiscentiam. Quod quomodo fiat,
 ne multitudine locorum, quorum imensa in-
 Augustino sylva occurrit, lectori tedium af-
 feramus, una ab ipso producta similitudine
 illustrari satis fuerit. Sic enim loquitur in li-
 bro de Spiritu & littera, ubi doctrinam illam
 de Incremento concupiscentiae, quod parit lex,
 aliquoties repetit: Sed ubi sanctus non adjuvat
 Spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concu-
 piscientiam bonam, hoc est, charitatem diffundens in
 cordibus nostris, profecto illa lex, quamvis bona, auget
 prohibendo desiderium malum: sicut aqua impetus si
 in eam partem non cesserit insuere, vehementior sit obi-
 ce opposito, cuius molem cum evicerit, maiore cumu-
 lo precipitatus violentius per prona provolvitur. Quod
 sermone quarto de verbis Apoc. solievidentius
 atque popularius ob oculos ponit, locum Ap-
 polloli explicans: Occasione accepta peccatum per
 mandatum operatum est in me omnem concupiscen-
 tiam. Sic enim ait: Maior erat concupiscentia, quan-
 do ante legem securus peccabas; nunc autem oppositis
 tibi obicibus legis fluvius concupiscentiae quasi frenatus
 est paululum, non siccat; sed increcente impetu
 qui te ducebat obicibus nullis, obruit te obicibus raptis.
 Concupiscentia tua minor erat, quando tuam move-
 bat libidinem, omnia est, quando transiit & le-
 gem. Quibus duobus locis & modum explicat
 quo concupiscentia fit prohibitione robustior;
 & gratiam qua ejus impetus refrenatur. Si
 enim fluvius non desinat in decliviora loca
 semper fluere, quanto aggeres obiecti, qui-
 bus aquarum libertas coercetur fuerint fortio-
 res, tanto necesse est impetum earum ac pon-
 dus ad perumpendos obices esse vehementius,
 quo si semel nitendo superaverit, impetuosi-
 us per declivia in praecipitium ruunt. Quamob-
 rem qui impetum earum ad perumpendos
 aggeres coercitum velit, alterutrum faciat
 necesse est, ut vel obicem tollat, quo liberè
 tranquilleque possit fluere; vel fontes ob-
 struat, unde perpetim fluunt. Eodem planè
 modo de concupiscentiae fluxu arbitrandum
 est: quem qui diminutum fractumque esse ve-
 lit, vel leges auferat tanquam obices, quibus
 impetus ejus ad perumpendum crescit, vel
 ipsum concupiscentiae fluxum sistat: quorum
 prius quidem facillimum est, sed flagitiosus li-
 centiam tribuit: posterius difficillimum, sed
 praecipua certaque utilitate commendatum.
 Ipsam enim exhaustam concupiscentiae scaturigi-
 nem, inveteratamque naturae aegritudinem
 sanat. Cujus sanationis modum ac remedium
 istdem verbis Augustinus tetigit, quando di-
 cit: Vis sanctus non adjuvat Spiritus, inspirans pro
 concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est

charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa
 lex auget prohibendo desiderium malum. Quod & aliis
 in locis saepe tradidit: Virtus peccati lex, quoniam
 quoniam lex prohibendo auget peccati cupiditatem
 nisi diffundat Spiritus charitatem. Et eodem libro
 de Spiritu & littera: Littera prohibens peccatum
 non iustificat hominem, sed potius occidit, auget
 concupiscentiam & iniquitatem pravaricationis ca-
 mulando, nisi liberet gratia per Iesum Christum dono
 Spiritus sancti. Et in libris Retractionum: A
 cuius concupiscentia dominatum non liberat nisi gratia
 Dei per Iesum Christum dono Spiritus sancti, per
 quem diffusa charitas in cordibus nostris vincit concu-
 piscentiam carnis, ne consentiamus ei ad male faci-
 endum, sed potius bona faciamus. Idem habes libro
 primo ad Bonifacium, & aliis nonnullis locis,
 eandemque charitatem qua sola peccandi desi-
 derium extinguitur dilectionem iustitia vocat.
 Charitas enim tanquam dilectio Creatoris,
 ex diametro repugnat concupiscentiae, tan-
 quam dilectioni creatoris: ex quo fit ut cha-
 ritate crescente necessario cupiditas minuat,
 & e contrario, iuxta illud Augustini: Nutri-
 mentum charitatis est immunitio cupiditatis, perfe-
 ctio nulla cupiditas. Hoc est ergo illud solum vi-
 cuique remedium adversum cupiditatis aug-
 mentum inspiratio charitatis quam Augusti-
 nus semper significat, quando toties dicit: a Lex
 auget prohibendo peccati desideria, nisi subveniat
 vivificet gratia. Et b Gratia nisi adjuverit, nihil
 erit nisi virtus peccati. Et c Hoc vitium (id est con-
 cupiscentia) quo prohibita plus delectans, & si vir-
 tus peccati lex, non sanat nisi vivificans Spiritus
 Et d in eis regnat concupiscentia, qui ab ea vincti per-
 irabuntur maiore impetu, cum lege prohibentur, si
 gratia non iuvantur. Et e Ita lex, gratia non ad-
 iuvante, prohibens peccatum virtus est insuper peccati.
 Et f Scientia legum sine gratia Spiritus, operatur in
 homine omnem concupiscentiam. His & similibus
 locis, quibus Augustini scripta plena sunt, semi-
 per significatur gratia, non cuiusquam cele-
 stis illuminationis, aut cogitationis congruae,
 aut terroris, aut similitudinis, quae recentiores non-
 nulli pro gratia Christi obtrudere voluerunt,
 sed illa unica & regia Dei charitas, quae, ut alibi
 dicit, sola vult bonum, per eius donum delectat esse legum
 factorem. Haec ergo una charitas tanquam cocu-
 piscentia bona opposita concupiscentiae male
 nisi per Spiritum sanctum cordibus nostris in-
 spiretur, lex nihil aliud efficit, quam quod
 atrociores concupiscendi stimulos admovet,
 ut maiore impetu ruptis prohibitionis can-
 cellis, in flagitia praecipitetur. Nam ut Au-
 gustinus: Lex iubendo bonum, & non largiendo
 coarctatatem, quae sola vult bonum, reos pravarica-
 tionis facit. Porro doctrinam istam non ex in-
 genio humano commentus est sanctus Doctor,
 sed tanquam ab Apostolo sibi traditam ubique
 commendat. Sic enim iam aliquoties exponen-
 tem audivimus locum vitium peccati lex, quo
 significatur, concupiscentiam, quam peccati
 nomine Apostolus, indicare solet, vel vi, vel
 occasione legis accendi. Quod alibi aperit
 dicit: Peccatum occasione accepta per mandatum,
 operatum est in me omnem concupiscentiam.

Epist. 200.
 ad A. feli-
 cum.

Lib. de Con-
 tinentia c. 3.

Lib. 3. ad
 Bonif. c. 2.
 Lib. de gra-
 tia & lib. art.
 cap. 4.
 Lib. 2. contra
 Iul. imperf.
 c. 1.
 Lib. de Spir.
 & list. c. 14.
 & 32.

Serm. 4. de
 verb. Apoc.
 cap. 5.

Lib. de Spir.
 & list. c. 4.

CAPVT NONVM.

Tertius effectus legis, graviolem ruinam afferre, arctiusque concludere hominem sub peccato.

S I mirus homini carnali visus est præcedens legis effectus, ille qui iam dicitur sumus, multo profectò videbitur mirabilior, blasphemiamque proximus, nisi docentium autoritate iurantium temeritas refrenetur. Tertius enim effectus legis, & in Scripturis factis veterumque doctrina maxime celebratus est, quod non solum non aufert aut minuit peccata delinquentium, docendo imperitos quo pacto eis vita instituta est, sed etiam graviores peccatorum facit. Cupisci duplicem causam in Augustini scriptis invenio. Ut verò magis intelligantur, observandum est, necessarium esse ut alterutro modo habeat carnalis homo qui legem accipit (de spiritualibus enim sanctisque viris hic non loquimur, quibus lex iuxta Apostolum non est posita) videlicet ut quod lex iubet, facere aut nolite, aut velit. Vtrumvis fecerit plerumque peccabit gravius quam sine lege peccavisset; graviter quidem si facere non iuvet, periculosius si voluerit.

Prima igitur causa majoris gravitatis, si noluerit implere quod iubet lex, ex præcedenti effectus legis proficiscitur. Diximus enim legis vetito ardorem cupiditatis magis accendi, quatenus efficitur dulcius quod vetatur. Ex quo necessario fit ut facilius, & sæpius, & ardentius in peccatum stimulantem magis peccandi cupiditate præcipitur. Significavit hoc Augustinus aliquoties in præcedentibus quando dixit: Peccatum aucto desiderio dulcius factum esse; & suavis admitti quod vetatur. Et in opere contra Iulianum imperfecto, dicit per illud vitium hominis quo prohibita plus desiderant, & sic virtus peccati lex, lege ubi non abundasse peccatum. Et libro de gratia & libero arbitrio dicit ex Apostolo: Peccatum vires adversus hominem ut quibus accipisse per legem, & occidere, & operari morum. Et libro tertio ad Bonifacium: Virtus peccati augere enim prohibendo peccati desideria, & inde occidit.

Secunda causa est, eaque præcipua, quæ ex ipsa natura transgressæ legis fluit, quia lex iubendotantum & non iuvando ut homo impleat quod iubetur, hoc ipso prævaricator factus. Nam sine lege peccator fuisset, prævaricator nequaquam. Nam ut Apostolus: Vbi non est lex, nec prævaricatio. Prævaricatio verò simpliciter peccato longe gravior est: Quia gravis factus est & interimit contempti præcepti conscientia. Nam ut alibi dicit: Evidentior transgressio est, cum præceptum memoria retinetur, & tamen in illo Deus assistens, presentis contemnitur. Et etiam istam legis inculcat Augustinus frequentissime: nos peccatis locis ex immensitate legete delumptis con-

tenti erimus. Sic ergo libro tertio de peccatorum meritis: Accepimus legem, non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione aueremus. Lex enim subintravit ut abundaret peccatum. Et, conclusit Scriptura omnia sub peccato. Et libro de Spiritu & littera: Nec istam inscriptionem legis in corde, quæ iustificatio est, poterat efficere in Iudeis lex in tabulis scripta, sed solum prævaricationem. Totoque libro instantissime docet, solum esse gratiæ, ut etiam lex decalogi ab homine fiat: Littera vera legis scripta, inquit, facit peccatum potius quam cavere, & ideo magis augeri quam minui, quia mala concupiscentia etiam prævaricationem legem accendit. Et libro primo ad Bonifacium: Vbi quidem iam debent concedere, quod in lege nemo iustificatur, sed ad cognitionem peccati & ad ipsius prævaricationem vacare legem. Et in expositione quarundam propositionum Epistolæ ad Romanos: Tunc se mortuum quisque cognoscit, cum illud quod recte præceptum esse constat, implere non potest, & prævaricationis crimine amplius peccat, quam si non prohiberetur. Et in libris contra Faustum: Lex super eos etiam prævaricationis reatu devinxit augendo peccatum, cum iubet quod implere non possunt. En prævaricatio ex eo quod iubet lex id quod homines concupiscentia sæviante imbecilles implere non possunt. Quod exposuit latius & luculentius in sermonibus de verbis Apostoli: Procedit lex Dei & dicit, Non concupisces. Ille homo qui putabat magnum bonum esse, magis magis felicitatem existimabat, ea qua possit, concupiscentia sua non negare, seque qua trahit audit: Non concupisces, & cognoscit esse peccatum. Deus dixit, homo audivit, Deo credidit, peccatum suum vidit, quod bonum putabat, malum esse cognovit, voluit frangere eo concupiscentiam, non resistit, strinxit se, conatus est, victus est. Quis autem nescius malorum suorum, factus est doctus, & peccatis est victus. Caput esse non solum peccator, sed etiam prævaricator. Peccator enim & antea erat, sed antequam legem audiret, peccatiorem se esse nesciebat. Legem audivit conatus est vincere, superatus atque prostratus est. Factus est & legis prævaricator, qui fuit antea nescius peccator. Ecce utilitas in eis qui vel nolunt facere quod lex iubet, vel etiam facere conando superantur, ut non solum peccatores, sed etiam ipsa prævaricatione peiores efficiantur. Quas duas causas iam explicatas simul expressit breviter Augustinus in Epistolam ad Romanos: Sic abundavit peccatum, cum & concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus contra legem prævaricationis crimen accessit.

Et libro tertio de peccatorum meritis: Accepimus legem, non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione aueremus. Lex enim subintravit ut abundaret peccatum. Et, conclusit Scriptura omnia sub peccato. Et libro de Spiritu & littera: Nec istam inscriptionem legis in corde, quæ iustificatio est, poterat efficere in Iudeis lex in tabulis scripta, sed solum prævaricationem. Totoque libro instantissime docet, solum esse gratiæ, ut etiam lex decalogi ab homine fiat: Littera vera legis scripta, inquit, facit peccatum potius quam cavere, & ideo magis augeri quam minui, quia mala concupiscentia etiam prævaricationem legem accendit. Et libro primo ad Bonifacium: Vbi quidem iam debent concedere, quod in lege nemo iustificatur, sed ad cognitionem peccati & ad ipsius prævaricationem vacare legem. Et in expositione quarundam propositionum Epistolæ ad Romanos: Tunc se mortuum quisque cognoscit, cum illud quod recte præceptum esse constat, implere non potest, & prævaricationis crimine amplius peccat, quam si non prohiberetur. Et in libris contra Faustum: Lex super eos etiam prævaricationis reatu devinxit augendo peccatum, cum iubet quod implere non possunt. En prævaricatio ex eo quod iubet lex id quod homines concupiscentia sæviante imbecilles implere non possunt. Quod exposuit latius & luculentius in sermonibus de verbis Apostoli: Procedit lex Dei & dicit, Non concupisces. Ille homo qui putabat magnum bonum esse, magis magis felicitatem existimabat, ea qua possit, concupiscentia sua non negare, seque qua trahit audit: Non concupisces, & cognoscit esse peccatum. Deus dixit, homo audivit, Deo credidit, peccatum suum vidit, quod bonum putabat, malum esse cognovit, voluit frangere eo concupiscentiam, non resistit, strinxit se, conatus est, victus est. Quis autem nescius malorum suorum, factus est doctus, & peccatis est victus. Caput esse non solum peccator, sed etiam prævaricator. Peccator enim & antea erat, sed antequam legem audiret, peccatiorem se esse nesciebat. Legem audivit conatus est vincere, superatus atque prostratus est. Factus est & legis prævaricator, qui fuit antea nescius peccator. Ecce utilitas in eis qui vel nolunt facere quod lex iubet, vel etiam facere conando superantur, ut non solum peccatores, sed etiam ipsa prævaricatione peiores efficiantur. Quas duas causas iam explicatas simul expressit breviter Augustinus in Epistolam ad Romanos: Sic abundavit peccatum, cum & concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus contra legem prævaricationis crimen accessit.

Sed quia perspicuum est, quosdam audita lege penarumque comminatione impere quod iubet, & vitare quod vetat, putari posset, in

B 4 istis

INNO

istis fallum esse quod Augustinus de peccato-
rum cumulatione per legem, eiusque pravari-
catione generaliter tradit, declarat idem
aliam adhuc esse sub lege occultiorum pra-
varicandi, aliumque periculosiorem peccandi
modum, quod si manifesta legis violatione
peccaretur. Nam quotquot legem vi legis im-
plere volunt, in alterutrum transgressionis
modum incidunt, ut vel eam antmo coram
Deo pravarentur, vel graviter elidantur su-
perbia, quamvis conspicua legis opera etiam
hominibus implere videantur. Prior ille pra-
varicanda legis modus tunc committitur,
quando praecepta legis penarum timore non
iustitia dilectione complentur. Tunc enim
intus in corde reus est, ubi Deus videt, quid
facere mallet, si liceret impune. Quam do-
ctrinam velut saluberrimam adversus eos qui
ad iutorio legis inflati tument, frequentet tra-
dit. Nam ipse Apostolo inter ceteros hoc con-
tigit se proficere ad Bonifacium: *Nec mirat*,
inquit, quod ad Philippenses scripsit, secundam ius-
titiam quae in lege est, quod fuerit sine quaerela. Po-
nit enim esse intus in affectionibus pravum pravari-
cator legis, & tamen conspicua opera eius implere, vel
timore hominum, vel ipsius Dei; sed parvo formidine
non dilectione ac dilectione iustitia. Aliud est
enim voluntate bene facere, aliud autem
ad malefaciendum sic voluntate inclinari ut etiam se-
ceret, si hoc posset impune committi. Nam sic profecto
in ipsa mens voluntate peccat, qui non voluntate sed
timore non peccat. Et generaliter de Iudaeis libro
de Spiritu & littera: Illis Iudaeis lex ipsam operaba-
tur abundante peccato, quod ab scientibus perpetr-
batur. Quia & quicumque faciebant quod lex iube-
bat, non adjuvante Spiritu gratia, timore praeva-
faciebant, non amore iustitiae: ac per hoc coram Deo
non erant in voluntate quod coram hominibus appare-
bat in opere: potiusque ex illis reitenebantur, quod eos
noverat Deus malle, si fieri posset impune, committere.
Et inferius in eodem libro: Ex hac promissione,
haec est, ex Dei beneficio ipsa lex implitur, sine qua
promissione pravariatores facit, vel usque ad effe-
ctum operis, si etiam repugnata timoris concupis-
centiae sanctorum transcederent, vel certe in sola volun-
tate, si timor praeva suavitatem libidinis vicari. Qua
de re alibi dabitur uberior dicendi locus. Quod
si cui videretur fortasse alio adhuc modo legem
a Iudaeis impleri potuisse, ipso videlicet
intuitu moralis honestatis, quemadmodum
eam Philosophi nonnulli videntur implevisse,
atque ita in talibus legem non auxillis peccatum
sciat ille; tales legis impletores alio
pejori multoque periculosiori genere pravari-
cationis implicatos fuisse superbia, qua sibi de
impleta legis iustitia gratulabantur. Decujus-
modi factoribus idem Augustinus: Quod autem
ait, sese illa me peccatum occasione accepta per man-
datum; sive quia suscepto delectationis ad peccandum
vehementius est; cum adesse prohibitio sive quia etiam
si quid homo fecerit secundum iustitiam legis, si adhuc
non sit fides, quae est in gratia: tunc sibi hoc retribu-
te non Deo, & si prohibendo plus peccat. Et libro
tertio ad Bonifacium: Putant se in bonis suis vir-
tutibus implere legem iubentem; & ipsa impleati si per-

bia, ad gratiam non convertuntur iuventem. Sic
eos littera occidit, aut aperte etiam sibi reus, non
faciendo quod praecipit, aut putando se facere quod
spiritus, quae ex Deo est, non faciunt charitate. Ita
remarent aut aperte iniqui, aut fallaciter iusti; in
aperta iniquitate evidenter elisi, in fallaciosa in-
sipienter elati. Fallax enim huiusmodi iustitia
est, non solum quia non est supernaturalis, ut
vulgò putant, sed quia tota non nisi ex veris
peccatis coalescit. Temporalibus enim rebus
appetendis tales inhiant, quorum vel assequen-
dorum spe, vel amittendorum timore faciunt,
quicquid faciunt: prout hoc subtilissime supra
declaravimus; & Augustinus tangit breviter
ad Bonifacium: *Quicumque ibi erant, sola quae ibi
Deus ibi perlicetur, promissa terrena sedantes; &*
quid pro novo testamento ea ipsa significant ignoran-
tes, eorum adipsendorum amore, & amittendorum
timore Dei praecepta servabant: imò non servabant,
sed sibi servare videbantur. Neque enim fides in eis per
dilectionem operabatur, sed terrena cupiditas, me-
tusque carnalis. Sic autem praecepta qui facit, precul-
da bene iustus, ac per hoc in animo non facit. Mandat
enim omnino non facere, si secundum ea quae cupit &
metuit, permissum impune. Ac per hoc in ipsa vo-
luntate intus est reus, ubi ipse qui praecipit, inspicit
Deus. Tales erant filij terrena ierusalem. Quam
Augustini doctrinam in se certissimam plurimis
ejus testimonijs hic illustrare possemus
(quod & alibi fecimus & faciemus) si rebus
postularet. Sed haec sufficere existimo ut intel-
ligatur etiam illos qui sic praecipit legis per
ipsam legem implere sibi videntur, reatu vel
pravariationis ipsius legis, vel alio deteriori
superbiae implicatos augere peccata: atque
ita quocumque se se carnalis verterit, nisi Deus
ipsum gratia charitatis liberaverit, legem ei
non tollere, sed cumulare delicta; adeoque
arctius eum sub peccato quam antea, cum ca-
reret legem, concludere.

Quae quidem omnia ex Apostolo Paulo
sanctus Augustinus hausit. Evidentissime enim
disertissimeque dicit ad Romanos: *Lex itam*
operatur. Lex subvertitur, ut abundaret delictum. Cap.
Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est.
est in me omnium concupiscentiam. Inventum est mihi
mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.
Peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit
me, & per illud occidit. Peccatum per unum operatum
est mihi mortem. Et in Epistola ad Corinthios. Verum
peccati lex. Et in Epistola secunda: Littera occidit,
quam ibidem eadem de causa vocat ministratorem
mortis, & ministratorem damnationis. Et in
Epistola ad Galatas apertissime: Conclusit scilicet
peccata omnia sub peccato. Lex propter transgressionem
posita est. Quibus Apostolicorum scripturorum
locis, unum idemque, atque hoc ipsum, quod
hic tradimus, significatum esse, diversis & ex
professo scriptis hac de re tractatibus Augus-
tinus docet, & compendio in libris contra ad-
versarium legis & Prophetarum: Quod est autem
ministratio mortis & ministratio damnationis, hoc
est, occasione accepta peccatum per mandatum opera-
tum est in me omnium concupiscentiam; hoc est, adve-
niente mandato peccatum revisit, hoc est, in reatu

AVGUSTINUS
LIB. DE SPIRITU & LITTE.

Lib. de ad
Bonif. c. 9.

Lib. de Spir.
& Litt. c. 8.

Cap. 19.

Lib. 83
quasi. 66.

Lib. 7. ad
Bonif. c. 7.

ibid. c. 1.

lib. 2. ad
Adm.

lib. 7.

lib. 7.

41
est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in
mortem; hoc est, occasione accepta peccatum per
mandatum secessit me, & per illud occidit; hoc est,
Lex subtrahit, ut abundaret delictum; hoc est, Lex
iram operatur; hoc est, virtus peccati Lex. Prohibitio
enim peccati, quod est Lex, auget profecto desiderium
peccandi: quod non extinguitur nisi contrario deside-
rio recte faciendo, ubi fides per dilectionem operatur.
Et ita, ut paulo superius dixit, sub lege pecca-
tur, insuper etiam pravaricator amissa excusatione
ignorantia convictus iacet.

Ex quibus hoc colligimus, non recte sco-
pum data legis eos intelligere, qui putant
idecirco Iudeis datam, ut quia morum ho-
neltas in veretunda peccandi licentia ac turpi-
tudine obsoleverat, lege data aliquantulum
restringeretur, faciliusque vi legis peccata ca-
verentur. Hæc enim Iuliani sententia magno
conatu Augustini impugnantis explosa est.
Peccatum ergo infringit censura legis, inquebat
Iulianus, & infringendo ex multa parte restringit.

A Cui reponit Augustinus pro Apostolici sen-
sus integritate decertans: Si peccatum lex infren-
git, & multa parte restringit, mortuus est, qui ait:
Lex subtrahit ut abundaret delictum. Sed quia illo
verum dixit, tu nihil dicis; & tamen nihil dicendo,
hæretica pertinacia contradicis. Ecce hæreticam
vocat pertinaciam, qua vel peccatum per le-
gem aliquâ ex parte restrictum esse sustinebat,
cum secundum Apostolum per legem abundasse
dicendum sit. Peccatum enim neque restringi,
neque infringi, neque caveri nisi per gratiam
potest, ideoque necesse est illud accessu legis
per incrementum cupiditatis, & pravarica-
tionem legis augeti. Unde cum idem Iulia-
nus dixisset: Causam maximam fuisse promulgan-
da legis, ut peccatum proderetur & cavetur. Con-
stanter ei respondet Augustinus: Ut proderetur
verum dicis, hoc & nos dicimus: ut autem cavetur,
non lex sed gratia, non littera sed Spiritus fecit. Lex
enim subtrahit, non ut cavetur, sed ut abunda-
ret peccatum.

CAPVT DECIMVM

Explicatur modus quo lex facit abundare peccatum;
& iram operatur

Hæc doctrina quia hominibus vim
legis non satis penetrantibus, car-
naliq; sensu peccatorum fugam me-
tuentibus durissima semper visa est,
adversarios multos habuit. Non enim capit
carnalium sensus, qui se libero arbitrio &
agendorum cavendorumque cognitione cernit
instruatum, non se posse peccatum jam cogni-
tum, à quo consiliis, hortationibus, suasioni-
bus, legibus, supplicisque revocatur, sua li-
bera voluntate declinare, sed reatum suum po-
tius adjecta legis pravaricatione cumulari.
Itaque & Pelagiani, & Manichei, & Iudæi
gravissimè ex doctrina ista scandalizati sunt.
De Pelagianis jam audivimus. De Manichæis
testatur, eos In obscuritate legis tanquam in clau-
stris officis caliginem passos: Existimasse legem da-
tam ab alio non à Deo, quia per illam homo factus
est pravaricator. De Iudæis alibi; eos a quo ani-
moserere non potuisse, quod lex pravaricationis gra-
tia posita esset. Quapropter & modus explican-
dus est, quo pravaricationis gratia seu propter
pravaricationem lex posita fuit, & quo tan-
dem consilio lex talis hominibus infirmis da-
ta, qua peccatis afflicti, gravius adhuc affli-
gerentur. Hoc enim à divina misericordia
utque benignitate primâ fronte videtur ab-
horre.

Et modus quidem quo accessu legis abun-
davit peccatum reatusque hominis cumulator
factus est, Deum extra omnem culpam col-
locat. Hoc enim per accidens contingit ex parte
Dei; per se ex innato & consuetudine roborato
hominis vitio. Est enim animo diversis li-
bidinibus temporalium bonorû vitiatu-

A rale, ut ea que cupiditatibus consentanea sunt,
oblata concupiscat: idque tanto impotentius,
quanto fortius prohibentur: Nescio quo enim
modo hoc ipsum quod concupiscitur, fit incendum
vitatur. Legis ergo accessus per se quidem tea-
dit ad restringendum cupiditatis impetum,
quatenus frenandum esse docet: sed propter
infirmam visceribus hominis libidinem, fit ut
indè ardentius inflammetur, ut si indè gravior
reatus consequatur, non Deo, qui terminos
ponit malo, sed homini terminos transilienti
imputandum sit. Lex enim per se non fomes
sed limes ardoris est: quâvis propter vitium
ex limite exardescat magis & magis. Ita fit ut
littera legis occidat, & iram operetur, & sub-
intraret ut abundaret delictum. Hunc occi-
dendi augendique peccati modum tradidit
Augustinus, quando dixit: Multum interest non
quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit quod da-
tur, sed quale sit ipse cui datur. Nam & bona ob-
sunt, & mala profunt, sicut fuerint quibus dantur.
Peccatum, inquit Apostolus, ut appareat peccatum
per bonum mihi operatum est mortem. Ecce per bonum
factum est malum, dum male accipitur bonum. Et
alibi declarat hoc ita per accidens ex parte le-
gis ac legislatoris fieri, sicut per accidens qui-
busdam bonus odor in mortem est, proprio
videlicet vitio morientium, qui aliis est odor
vitæ in vitam. Cum enim interrogando sibi
proposuisset: Cur ergo ministratio mortis dicitur,
si bona est lex? Continuo respondet: Quia peccatum
enim (id est concupiscentia) ut appareat peccatum
per bonum mihi operatum est mortem. Hoc est, non
proprie lex, sed concupiscentia per legem bo-
nam hoc fecit. Nec mireris cum de ipsa pravaricatione
Evân-

41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

IN
III

Evangelij dictum sit, *Christi bonus odor sumus Deo, in eo qui salvati sunt, & in eo qui perierunt. Alijs quidem odor vite in vitam, alijs autem odor mortis in mortem.* Et manifestius adversus Iulianum, cum hac de re pertinacissime contenderet:

Quis autem nescit non legis sed hominum vitia, lege Lib. 2. subintrante abundasse peccatum? Quod vitium in eo mox constituit, Quod prohibita plus detestant, & sit vitium peccati lex.

CAPUT XI.

Aperitur mysterium divini consilij, quo legem tulit, quæ non nisi prævaricationem & iram operatur.

QUAM quæquam satis perspicue ostendant, neque datori ejus Deo culpam prævaricationis legis auctoris peccati esse tribuendam; non tamen ita expeditum est, quo consilio Deus legem dederit; maximeque talem ac tunc, ac talibus hominibus carnalibus, in quibus prævidebat non observationem, sed solas prævaricationes & cumulationis damnationis merita secutura. Hoc enim quo remotius videtur esse à benignissimi Creatoris misericordia, eo credibilius est id quod Augustinus & Prosper in præcedentibus dixerunt, quod illud consilium Dei mysteriis plenum est, atque altissime later. Unde & Iudæos istud latuisse ex ipsis Apostoli verbis Augustinus colligit: *Quæ autem ait, Lex subintravit ut abundaret peccatum, ipso verbo (subintrandi) satis significavit nescisse Iudæos quæ dispensatione lex data sit.*

In expos.
quarund.
propof. epif.
ad Rom.
cap. 30.

Consilij istius altitudinem facillime penetrant, referantque Scholastici recentiores, ut putant. Sed ipsa sua facilitate præcis defensoribus gratiæ inaudita, satis ostendunt, se non intellexisse illius mysterij profunditatem, clausum sibi ostium invenisse, discipulisque suis reliquisse. Nullum ipsi quippe sacramentum hic inveniunt, cujus altitudo quemquam remoretur. Dicunt enim, Deum hominibus legem dedisse bonam, eo fine ut per gratiam sufficientem, quæ semper præsto vna cum lege aderat, eam observarent, caverentque peccata, sed eos pro ingenita sibi libertate noluisse, idèoque propter neglectum datæ potestatis abundasse peccata. Quam eorum responsionem antequam operosius refutemus, ipsum consilium Dei in danda lege, sicut ab Apostolo insinuat, & ab Augustino planius patefactum est, ex eorum scriptis proferemus. Ex quo doctrina ista recentiorum tanquam Apostolo & Augustino ex diametro contraria, & quasi ex proposito ad delendos eorum sensus excogitata, per se ipsa corruet.

Quamobrem juxta doctrinam Augustini in Scripturis fundatissimam plurimis locis traditam, & propter rei magnitudinem summopere Christianis inculcatam, consilium Dei reformando Iudæorum populo saluberrimum in danda lege fuit, non ut per gratiam sufficientem quæ adesset ipsis, eam observando rectè

viverent, quod eos nondum posse prædicat, sed ut multitudine peccatorum, & magnitudine prævaricationum, quæ per legem quam implere non poterant, secutura sciebantur, eorum superbia frangeretur, qua sibi de justitia sua, præcipueque de viribus ad implendam legem sibi sufficientibus gloriabantur: ut convicto superbiorum fastu, & humilitate concepta, tandem aliquando agnoscerent, se ægros esse, legemque datam implere non posse; atque ita Dei misericordiam & Christi medici gratiam sibi necessariam esse intelligerent, qua & præteritorum remissionem acciperent peccatorum & sufficientes vires per gratiam pro cavendis futuris fide Mediatoris, oratione, & gemitibus impetrarent. Qui scopus Dei, tantum abest ut sufficientem gratiam observandæ legis Iudæis affuisse supponat, ut potius è contrario convincat, nullo modo eis affuisse, sed istam viâ contendere superbiorum Beati elegisse, ut ad gratiæ observandæ legi sufficientem invocandam & impetrandam, propriæ infirmitatis atque insufficientiæ cognitione & confessione perduceret. Infirmitas illa verò inde nascitur, quod occulta rerum malorum concupiscentia per peccatum medullitus ingenita laboret animus, qua fit, ut in bona carnalia præcepta feratur, indeque excoecatus, quid agendum sit videre non possit: & postquam agnovent, rixa quadam à se divulgus viribus careat ad implendum id, quod sibi didicerit esse faciendum. Adversus igitur hoc malum lex data est, ut illud primum agnosceret, juxta illud Apostoli: *Per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.* Quem effectum legis supra latius ex Augustino declaravimus. Ex quo sequitur, ut consequenter agnoscat, se tempore præterito in multis male fecisse per ignorantiam, ita ut multis modis antea peccator fuerit, quem se esse nesciebat. Hinc de futuro sollicitus, ut penam sibi lege intentatam fugiat, sentit agnitam iam concupiscentiam sibi legem implere satagenti repugnare, molestissimeque suscitare prælium, quo propter magis accensum ex legis verito cupiditatis ardorem, se superari sentit, & prævaricationis accessu, multo deteriorem, scediorem majorisque supplicij reum fieri, quam ante fuit. Itaque ex una

una parte lege comminante doctus. territus & conclusus, ne libertate solita per flagitia divagetur, ex altera se reum videns, nec poena posse effugere, neq; concupiscentia inolitae vires suffragere, nihil illi reliquum superest, nisi ut exclaimet; reus sum, fateor agrorus sum, vincere volens peius victus atq; prolustratus sum, viribus careo ad pugnandum atq; superandum. Infelix homo, qui me liberabit de corpore mortis huius.

Sed ipsum iam Angulium hac de re divinisissime differenter audimus. Quid enim nisi superbiam lege fractam tradit, ut gratia adiutorium quaeretur, quando dicit? *Demonstranda fuerat hominis feditas Langvris eius (concupiscentia) cui contra iniquitatem suam nec praecipuum sanctum & bonum profuit, quo magis aucta est iniquitas quam inveniatur: quando iudex lex subintravit, ut abundaret delictum: quo scopo, quo fructu? Et eodem modo convictus atque confusus, videret non tantum Doctorem sibi esse necessarium, verum etiam*

A novo Testamento revelatur. Quid nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaeretur, quando contra Felicem Manichaeum dicit? *Lex subintravit ut abundaret delictum. Data est enim lex superbis hominibus, & viribus suis totum tribuentibus, ut cum implere non possent legem datam, pravaricatores invenirentur, & facti rei sub lege, peterent misericordiam a legis conditore. Et paucis post praedicta interpositis: Erat peccatum, sed non apparebat peccatum: data est lex superbo, fecit contra legem, & apparuit peccatum, quod erat, sed non apparebat. Apparens autem peccatum humiliavit superbium, humiliatus superbus factus est penitens, de penitentia impetrata est misericordia. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaeretur, quando in Epistola ad Oprium dicit?*

Libro 2. de actu cum Felice c. 11.

Ibid.

Epist. 157.

B Quare lex bona data sit, consequenter adiunxit Apostolus, dicens: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Danda itaque fuerat lex, quae manifestus sibi seipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanis a seipso se posse esse iustum putaret, & ignorans Dei iustitiam, id est quae homini ex Deo est, & suam volens constitueret, id est quasi suis viribus partam, iustitiae Dei subiectus non fieret. Oportebat itaque ut addito mandato cuius vox est, Non concupisces, superbo peccatori etiam pravaricationis crimines accederet, atque ita gratia medicinam non sanata per legem, sed convicta infirmitas quaereret. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaeretur, quando in libro 83. quaestionum dicit? *Per legem cognitio*

Lib. 83. q. 99. quest. 66.

C peccatorum, & peccatum per bonum operatum est mihi mortem. Vbi ergo non est gratia liberatoris, auget peccandi desideria prohibitio peccatorum. Quod quidem ad hoc utile est, ut sentiat anima seipsum non sibi sufficere ad extrahendum se de servitute peccatis, atque hoc modo detumescere atque extingui omni superbia subdatur liberatori suo. Et inferius: *Statuitur ergo lex per fidem, quae fides si non sit, iubet tantum lex, & non implentes iussa, reos tenet; ut eos gementes, & non valentes implere quae iussa sunt, ad gratiam liberatoris aliquando converteret. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut adiutorium gratiae quaeretur, quando in Psalmum octogesimum tertium, dicit: Putabamus nos facile iustos esse posse (hoc est facere mandata) quasi viribus nostris acciperemus mandatum. Adveniente autem mandato peccatum revixit: Ego autem mortuus sum, hoc ait Apostolus: Data est enim lex hominibus, non quae salvaret eos iam, sed per quam cognoscerent in qua egritudine iacebant. Audi verba Apostoli: Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: veniret gratia post legem, inveniret hominem non solum iacentem, sed iam etiam consistentem & dicentem: Miser ego homo, quia me liberabit de corpore mortis huius? Vt oportune veniret medicus &c. Data est ergo lex, ut egrum de morbo convinceret, qui sibi sanus videbatur. Vt peccata demonstrarentur, non ut auferrentur. Demonstrato peccato auctum est peccatum, quia peccatum est contra legem. Occasione, inquit, accepta peccatum*

Ibid.

In Ps. 83.

D non iubentem tantummodo, sed iuvantem, qua

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

lib. 1. c. 11.

tum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Quid est occasione accipi per mandatum? Acceptum mandatum quasi viribus suis communi sunt facere homines: vicii concupiscentia, mandati etiam ipsius transgressione rei facti sunt. Sed quid ait Apostolus? Vbi autem abundavit peccatum superabundavit gratia: id est, auctus est morbus, commendata est medicina. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaereretur, quando in tractatibus in Ioannem dicit? Lex ergo iubet, dator legis miseretur in eo quod lex iubet. Conantes homines implere viribus suis quod a lege preceptum est, ipsa sua temeritate & praecipiti presumptione ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam viribus suis implere non poterant legem, facti rei sub lege, implerantur liberaveris auxilium: & reat in legis fecit agriudinem superbus. Aegritudo superbiorum facta est confessio humilium: iam consistunt aegroti quia aegrotant; veniat medicus ut sanet aegrotos. Et multis in eodem tractatu interiectis addit: Lex subintravit ut abundaret delictum. Hoc proderat superbis: abundaret delictum. Multum enim sibi dabant, & quasi viribus suis multum assignabant, & non poterant implere iustitiam, nisi adiuveret ille qui iusserat. Superbiam illorum volens domare Deus dedit legem, tanquam dicens: Ecce implete, ne putetis deesse iubentem. Non dicit qui iubet, sed dicit, qui implet. Et rursum: Lex preparabat medicum venturo cum gratia & veritate, tanquam ad aliquem quem curare vult medicus, mittat primum servum suum, ut ligatum illum inveniat. Sanius non erat, sanari nolebat, & ne sanaretur sanum se esse iudicabat. Missa est lex, ligavit eum invenit se reum, iam clamat de ligatura, pro gratia scilicet impetranda. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaereretur, quando in serm. 6. de verbis Apostoli dicit praeclarissime? Data est ergo lex illa, ut inveniretur infirmitas. Parum est hoc, non solum ut inveniretur, sed etiam ut auferetur, & vel sic medicus quaeretur. Si enim levis morbus esset, contemneretur: si morbus contemneretur, medicus non quaeretur: si medicus non quaeretur, morbus non finiretur. Ideo ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia, quae deletit cuncta peccata quae invenerit: & ad non peccandum voluntati nostra conati adiutorium subministravit, ut ipsa voluntas non in se ipsa, sed in Deo laudaretur. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaereretur, quando in sermone undecimo dicit: Quare ergo data est lex, si non potuit vivificare? Lex, inquit, Apostolus, praevaricationis gratia data est, praevaricationis gratia posita est, ut te faceret praevaricatorem. Quare ut me faceret praevaricatorem? quia noverat Deus superbiam quam noverat, quia dicebas, & si sit qui docet! & si sit qui mihi ostendat! Ecce lex dicit tibi: Non concupisces. Connovisti legem dicentem: Non concupisces: Surrexit concupiscentia, quam non noverat: merat enim, sed nesciebat. Capiisti conari vnicere quod merat, & asparuit quod latebat. Superbe, per legem factus es praevaricator: agnosce gratiam, & esto laudator. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia adiutorium quaereretur, quando in

sermone 13. propter rei magnitudinem inculcatissime dicit: Dicitur est causa, quare sit lex data, quia & ipsa in adiutorium data est, sed non sicut gratia: data est enim, sicut iam e. possumus, & tenere debetis, & vobis vehementer & diligenter nos commendare debemus: data est, ut inveniret se homo, ut non morbus sanaretur, sed in praevaricatione morbo crescente medicus quaereretur. Quod magis explicat in sequentibus: Ergo cum de his tractaret, Apostolus opposuit sibi: Quid ergo lex? quae, quae utilitas legis? Respondet, praevaricationis gratia posita est. Hoc est quod dicit alibi: Lex subintravit ut abundaret delictum. Et ibi, quid addidit? Vbi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. Quia levioris aegritudine contemneretur adiutorium, medicina crevit morbus, & quaesitas est medicina. Quid ergo lex? praevaricationis gratia posita est, unde humiliaretur cervix superbiorum multum sibi tributum, & voluntati sua ratiorem arguantur, ut sibi liberum arbitrium posse putarent ad iustitiam sufficere, hoc est, ad opus iustum operandum quod lex praeficit. Quid aliud nisi superbiam lege fractam docet, ut gratia quaereretur auxilium, quando de quinque porticibus differens plenissime dicit: Dicitur mihi aliquis, quare ergo data est lex? Ipse exposuit Apostolus Paulus: Concluserit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Qui enim a. rotabant, sanos se esse putabant: acceperunt legem, quam implere non poterant, didicerunt in quo morbo essent, & imploraverunt manus medici. Valuerunt sanari, quia cognoverunt se laborare, quod non cognoscerent nisi datam legem implere non possent. Innocens enim homo sibi videbatur, & ex ipsa superbia innocentia falsa iustitiam sebat. Ad domandam ergo superbiam, & ad desudendam, data est lex, non ad liberandos aegrotos, sed ad convincendos superbos. Vtilis ergo erat lex ad prendenda peccata, quia reus homo abundantius factus est ex praevaricatione legis, posset edomita superbia implere auxilium miseranti. Et mox interiectis: Cum ergo praevaricatio adiuncta sit peccato, ideo abundavit delictum: abundante autem delicto, delicta humana superbia tandem subijci & confiteri Deo, & dicere: Infirmus sum: dicere etiam illa verba Psalmi, quae non dicit nisi anima humiliata: Ego dixi, Domine miserere mei. Sana animam meam quia peccavi tibi. Dies me profectus, citra omnem auxilium loquendo, deficeret, si omnibus locis Augustini congerendis operam impenderem, quibus hanc maximi momenti doctrinam, parumque intellectam tradit. Nam nonnulli unum haecenus locum ex libris quos ex profuso de Dei gratia conscripsit adduxi; qui ex omni parte undique eandem doctrinam spirant; ut tamen nullam rationem a quoquam dubitetur, quin hoc ipsum quod iam testimoniorum accumulacione declaravimus, ipsissimum illud mysteriosum & altissimum absconditum consilium fuerit, quod in danda Iudeis lege Deus prae oculis habuit, ex una aut altera Augustini & Properi attestacione, operae pretium est intelligere: Ergo, inquit Augustinus, ut iam dicere caperem, quia hoc est in lege magnum mysterium, ideo eam datam, ut crescentis peccata, hu-

Tract. 3. in Ioannem.

ibid.

ibid.

Serm. 6. de verb. Apost. cap. 4.

Serm. 11. de verb. Apost. cap. 8.

Handwritten marginal note in Latin script.

humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confisi sanentur. Ita sunt vis oculis, qui nota sunt Moysi, per quem legem dedit, qua peccatum abradatur, & superabundaret gratia. Non crudeliter hoc fecit Deus, sed consilio medicina. Aliquando enim videtur sibi homo sanus, & agrotat: & in ea quod agrotat, & non sentit, medicum non querit. Augetur morbus, crescit molestia, queratur medicus, & totum sanatur corpus. Quod paulo ante non minus praeclare dixerat: Habet aliquid obscurum traditio ipsa legis. Ad hoc enim data est lex, ut conuinceretur languidus & medicum imploraret. Ipsa est via occulta Dei. Quam convictionem languidi, occultamque viam Dei, clarius mox explanat: Ergo quia hoc tibi mysterium est, ideo daretur datam legem, ut conuinceretur peccator, & ad gratiam accipiendam medicum invocarent. Unde ille conuictus est, quem in se transfigurauit Paulus Apostolus, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Per mandatum enim demonstratum illi erat quadam rixa in seipso: unde dicit: Video aliam legem in membris meis &c. Cognouit se in miseria, in gemitu, in rixa, in contentione. Ipse secum sibi non concordans, a se dissidans, a se resistens. Et quod ait, optans pacem, pacem veram, pacem supernam, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei &c. Idem istud occultum Dei consilium, multum miraturus est Augustinus, quando exponere nitebatur, cur dixisset Psaltes, Mirabilia testimonia tua. Cum enim seipsum interrogasset: Cur ergo lex data est, qua vivificare non posset, & ex qua nulla esset iustitia? Respondet sibi; Nempè mirandum est, nempè stupen-

A dit est. Haec sunt ergo mirabilia testimonia Dei, propter hoc huius anima scrutata est. Scrutando verò ista mirabilia, tandem ei hoc mysterium Augustino proferente manifestatum est: Noli superbiere, noli de tua qua nulla est virtute presumere, & intelliges quare sit a bono Deo, bona lex data, quae tamen vivificare non posset. Ad hoc enim data est, ut te de qua no parvulum faceret, ut te ad faciendum legem vires de tuo non habere monstraret: ac sic opis indigens & egenus ad gratiam confugeret & clamaret: Miserequ mihi Domine quoniam infirmus sum. Hoc ergo scrutando intellexit hic parvulus, quod minimus Apostolorum Paulus, id est, parvulus ostendit, ideo datam legem qua vivificare non posset, quia conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ita Domine, ita fac misericors Domine, impera quod non possit impleri, imo impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri; ut cum homines per suas vires id adimplere nequerint, omnes ebrietur, & nemo sibi magnus videatur. Idem mysterium secutus praecceptorem suum S. Prosper exponit: Omnia quidem opera Dei testimonia sunt maiestatis & bonitatis eius: nihilque eorum est, quod non stupendum sit atque mirandum. Sed multa mirabilia sunt testimonia legis ipsius; quorum utilitas & iustitia altissime latet, cum quaeritur quare data sit lex, qua vivificare non posset, & ex qua non iustificaretur omnis caro coram Deo. Merito ergo hunc altitudinem scrutatus est, qui intellexit, per legis difficultates id egisse misericordiam Dei, ut qui legem implere non poterant, converterentur ad gratiam; & divina ope apprehenderent, quod propriis viribus assidue non valebant.

Prosper in
in Expos.
Ps. 118.
lib. 1. p. 6.

CAPVT XII.

Lex paedagogus ad gratiam per terrorem: est & gratia testimonium, & quomodo.

EX hac Augustini & Prosperi vel potius Scripturarum sacrarum doctrina sic propoita iam intelligitur, quam recte Apostolus legem vocaverit paedagogum quando dixit: Itaque lex paedagogus nosster fuit in Christo, seu ut Graecus legit, in Christum. Hoc enim duabus ex causis dictum esse, eodem Augustino aperiente intelligimus, sicuti duabus de causis aetati tenere atque pueri paedagogus adhibetur. Prima ut lex esset custos eorum, ne nimis procul a Deo ad idola sulerent, quemadmodum parvulo custodiendo custos apponitur. Hoc autem lex fecit quatenus eos legislatoris, hoc est, unius Dei terrore vindicantis transgressiones legis suae, in ejus agnitione & cultu quamvis carnali contineret: Spiritus sanctus, inquit Augustinus, qui hoc per Moysen dicit, utrumque prauidit, ut & timere visibili patre custodirentur qui nequa impoterant ex invisibili fide vivere: & ipse timorem istum solveret &c. Et infra: Conclusio eorum erat timor unius Dei. Et contra Adimantum: Veteri homini fugienti apposuit quod timeres, Custodia ista profuit Iudaeis quantum dici non potest. Nam inde factum esse tradit Augustinus, quod Christo veniente tam prope ad

A Deum inventi sunt, ut tot hominum millia, in Epist. ad Galetas, vendita rerum suarum pretia ad pedes Apostolorum repente ponerent, quod nulla gentium Ecclesiae fecisse memorantur. Sed ista confidatio paedagogi rarius ab Aug. ponderatur. Altera eaque verissima, & in sancti Doctoris lucubrationibus frequentissima, quod eos qui sub se vivebant Iudaeos tanquam parvulos ad agnitionem gratiae Christi, & consequenter ad fidem Authoris ejus manu duceret, & quodammodo cogeret, quatenus defectu virium se id quod jubebatur implere non posse cernebant, ideoque peccata legis cognitione non caveri, sed magis magisque cumulari. Hoc enim ipso potentissime suadebatur, ut quia Deum sciebant injustitiae & crudelitatis expertem, sufficientes vires rogantibus darum esse non diffiderent, quibus praecpta tam difficilis legis implerent. Hanc paedagogicam manu-ductionis rationem explicat libro de natura & gratia: Scriptura utique non advertens novi Testamenti, ubi dicitur hanc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa qua peccata sunt, confugiantur ad gratiam Domini miserantis, velut paedagogo concludente in eadem fide qua postea revelata est, ubi & dimittantur qua male sunt, & eadem gratia

Lib. de nat.
& grat.
cap. 12.

C

Lib. de Spir. & litter. An A
cap. 10. Gratia iuvante non fiat. Et lib. de Spir. & litter. An

Lib. de gratia Christi
cap. 9. Cum ad hoc potius valeat legis agnitio, si gratia desit opitulatio, ut fiat mandati pravaricatio. Ac per hoc usque adeo aliud est lex, aliud est gratia, ut lex non solum nihil prodest, verum etiam plurimum obstat, nisi adiuvet gratia: & hac ostendunt legis utilitas, quoniam quos facit pravaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & ut concupiscentias malas superent adiuuandos. Iubet enim in agnis quam iurat, docet morbum esse, non sanat, imo ab ea potius quod non sanatur augetur, ut attenuis & sollicitus gratia medicina guaratur. Quod etiam

Lib. de Spir. & litter. c. 19. expressit libro de Spiritu & littera: Quod ait: Concluserit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, ipsius condensationis utilitas dicta est. Nam concluserit ad quos usque, nisi quemadmodum alibi dicitur, Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur, concluserit in eam fidem qua postea revelata est. Lex ergo data est ut gratia quaeretur: gratia data est ut lex impleatur. Unde illud brevissimum quo cuncta comple-

Lib. de gratia Christi
cap. 9: titur: Lex ut multum adiuvet, ad hoc adiuvat ut gratia requiratur. Et illud: Promde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam impleatur. Sed hanc Pedagogi rationem, quam praecipue in danda lege Deus attendit, non haberet lex, si tantummodo iuberet quid homini faciendum sit, eumque de pravaricatione convinceret, peccata cumularer, & imbecillitatem ejus patefaceret, nisi simul supplicium legis transgressoribus intentaret. Carnalis enim animus non magis pravaricationes agnita legis, quam peccata contra legem incognitam detestatur, si bona carnalia quibus solis inhiat, etiam legis transgressione se adipisci posse arbitretur. Quapropter ut serio legis pravaricationem pertimesceret, ad eamque cavendam gratia adiutorium a mediator quaereret, necesse erat, aliud apponi legis transgressioni malum, quod cum peccator vehementer exhorresceret, & tamen viribus se sentiret suis vitare non posse, ad implorandam gratiam cogeretur. Hoc ergo malum poena mortis fuit temporalis, aeternaeque damnationis, si legem pravaricatione violaret. Sic enim lex omnis torquet, retorquetque miserorum animos, dum id auferendum transgressoribus comminatur, quod vehementius diligunt. Hac ergo de causa, plerumque docet Augustinus legem tanquam pedagogum severum atque terribilem, infirmos animos ad Christi gratiam agnosendam invocandamque terrore supplicij perduxisse, quod convicta per pravaricationem infirmitate, sine Dei auxilio se effugere non

Lib. de nat. & grat. c. 1. posse sentiebant: Hanc itaque iustitiam Dei non
Libro 4. ad Bonif. c. 5. in precepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiae Christi, ad quam solum utiliter leges velut pedagogi T I M O R ducit, constitutam esse qui in
Et ad Bonifacium: Ad quam Dei
gratiam lex de pravaricationis TERRENDO, tan-

quam pedagogus perducit, ut sic conferatur homini quod conferi ei ipsa non potuit. Et inferius in eodem libro: Non ergo legem evacuamus, sed legem statumus, qua terrendo ducit ad fidem. Illud quippe lex iram operatur, ut terrore atque converso ad iustitiam legis implendam, Dei misericordiam gratia largiatur. Et libro de perfectione iustitiae: Ad hoc enim lex ista praecipit, ut cum in his impleatur homo defecerit, non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam confugiat fatigatus: ac sic cum lex terrendo ad Christum diligendum pedagogi producat officio. Et uberius multo post explicans illud, quod lex subintravit, ut abundaret delictum, & superabundaret gratia, id est, inquit, ut acciperet homo praecipit, superbe de suis viribus confidens: in quibus deficient & factum etiam pravaricator, liberatorem salvatoremque reperiret: atque ita eum timor legis humilem factum, tanquam pedagogus ad fidem gratiamque perduceret. Ita multiplicata infirmitatibus postea accelerantur.

Lib. 1. c. 10. B Quod brevis nervoleque complexus est, quamvis nulla facta pedagogi terrore mentione, quando adversus Iulianum dixit: Lex iram operatur, hoc est supplicium ad iram evadendam Dei gratia requiratur. Nempe quia hac irae seu supplicij comminatione, peccatorem iam de legis pravaricatione, & propria infirmitate convictum atque confusum, adiutorium gratiae Dei compulsi potest. Ex quibus omnibus aliisque quae profertur possent locis apertissime constat, legem praecipiendo & non adjuvando, & pravaricationi legis supplicium intentando, pedagogi officio, gratiam non dedisse, sed ostendisse a quo, & unde per fidem peteretur; ut rectissime juxta istam Augustini expositionem Apollolus dixerit: Lex pedagogus noster fuit in Christo.

Quo pacto lex ad hominis justificationem & legis imple-
tionem à Deo ordinata est.

EX his que diximus, non est jam diffi-
cile colligere, quo pacto lex ad salu-
tem hominis procurandam data sit.
Nam dici quidem lex debet, ad affe-
rendam legis iustitiam, hoc est, ad iustifican-
dum data, non tamen immediate per legem,
sed per gratiam. Immediatus verò fructus &
scopus legis, fuit rectissimam regulam agendo-
rum, cavendorumque tradere, cuius rectitu-
dinis ac pulchritudinis atque honestatis inspe-
ctione simul cernerent pervertitatem, distor-
tamque fecditatem suam; idque eo fine, ut
cum animositate nondum edomita, ad im-
plendam legem suis viribus fisci profluerent,
multiplicatione prævaricationum de seipsis
erubescerent, pœnarumque impenduntium
terrore ad invocandam eam qua carebant, li-
berationis gratiam ducerentur. Itaque præ-
varicationum cumulus, quo superbia conterer-
etur non fuit ex intentione vel ordinatione
legislatoris Dei, sed ex prævisione dumtaxat:
qua factum est, ut eum istud opportunissimum
superbiæ curandæ remedium esse cerneret, ut-
potè qua nulla re aptius ac facilius quam pec-
catorum numero, & gravitate & fecditate san-
etur; illud mox oblatum arripuerit, eo prop-
termodum pacto, quo ad superbiam etiam elec-
torum suorum eliquandam & edomandam
gravissimis peccatis utitur, non ea procuran-
do, sed prævidendo, & in ulum suum oblata
vertendo. Hæc tantummodo differentia est,
quod simul hic aliquid postitum Deus ope-
ratus est, quatenus legem tot prævaricatio-
num occasione tulit. Sed ita Deus multa
jam olim circa Pharaonem operatus est bona,
quotidieque operatur, ex quibus homines ob-
durantur, nulla omnino culpa Dei: cui nihil
tribuendum est in huiusmodi, nisi beneficium,
homini verò quod eius bonitate corrumpatur.
Itaque propter iustissimas providentiæ suæ, in d-
bonitatis exercendæ causas tam diffi-
cilem lationem intermittere noluit, quantumvis
prævideret, & superbos implendi gratia per
culpam suam destitutos eam implere non posse,
& ipsa difficultate deteriora secutura pec-
cata quibus morbus augetetur. Hoc enim
ipsum ad invocandam medici gratiam, affe-
quendamque iustitiæ implentiæ facultatem
& facilitatem superbis utilissimum est, juxta
illud **Aug** Audeo dicere superbi esse utile cadere in
aliquid apertum manifestumque peccatum, unde sibi
displicent, qui iam sibi placendo ceciderunt. Salubrius
enim Petrus sibi displicuit, quando servit, quam sibi pla-
cere, quando præsumpsit. Unde & sacer Halmus
dicit. Imple facies eorum ignominia. & querat nomen
nomine Domine. Et in hoc ipso argumento de quo
satis agitur profunde: *Ute ipsum ergo super-*

A bis est utile sub peccato artius manifestiusque, concludi,
ne ad faciendam iustitiam, hoc est, opus iustum,
de liberi arbitrii quasi proprio viribus præsumatur.
Qua de causa cum Iudæorum qui Christi Do-
mini a tate vivebant obduratissima superbia,
neque legis difficultate, neque peccatorum suo-
rum gravitate sanaretur, ipsam execratio-
nem secutumque ex cœcitate deicidium om-
nium facinorum horrendissimum adhibuit, ut
fracta illa indomita cervice tandem aliquando
respicerent, scelerisque magnitudine com-
puncti, cælestis medici gratiam sibi necessariam
esse fateretur: *Quid factum est in istis? Iudæis in-*
terrogat Augustinus: In peccato suo comprehensi-
sunt, quia Christum occiderunt; & de ipsa magnitu-
dine peccati, plus humiliati sunt; & maiore humilis-
tate erigi meruerunt. Et quomodo hoc, Super-
bia quispe eos non permittebat peccari. Fasium ab-
stulit superbiã, per eorum confessionem, indignen-
tia delevit facinus per Dei misericordiam. Vidisti quid
sis: sensisti quid sis, errasti, execratus es, peccasti
& lapsus es, agnovisti infirmitatem tuam, supplicia
medico, noli tibi sanum videri. Quem sanandæ su-
perbiæ Iudæicæ modum accuratius explicans
in quaestionibus evangelicis, quosdam Iudæorum
tradit, tanto superbia timore periclitatus, ut eis
expediret primo non credere; & ad hoc fuisse vocatos,
ut non intelligerent Dominum loquentem per parabo-
las, quibus non intellectis non in eum crederent, non
credentes autem cum cæteris disperatis crucifigerent:
atque ita post eius resurrectionem converterentur.
Audi causam tam exoticæ medicinæ: Quoniam
tanta erat eorum superbia, ut tali humilitione
esse devicienda. Ecce quam terribili, quam se-
vera, quam à carnalium hominum cogitatio-
nibus abstrusa methodo Deus utitur, ad curan-
das aegritudines illas occultissimas, quibus ne
quidem se aegrotos esse arbitrantur. Ut nihil
miremur, si ad conterendum illum ingenitum
inveteratumque Iudæicæ gentis fastum, lege
in lapidibus tantum scripta usus est Deus, qua
non nisi majores cupiditati stimulos admovē-
dos fecidioraque peccata secutura prævidebantur
vel sic de sua fecditate erubescerent, imbecilli-
tatem agnoscerēt, humiliarentur, ad medicum
currerent, gratiā quaererent, impetratis viribus
rectè viverent. Ille sunt viæ occultæ cælestis
medici, quas nec à methodo medicorum corpo-
raliū abhorreere declarat. Est ergo etiam, inquit,
istâ ratio medicina corporalis. Nam & pleraque medica-
menta plus assurgunt ut sanent, & ipsa colligita qua ad oculo-
los pertinet, si ea opus est in visceribus infundant, nisi sensum
videndi plus claudant. & peritum vix, prodesse non possunt.
Ex qua declaratione perspicuum est, quam-
vis lex prævaricationis gratia posita dicatur,
& virtus esse peccati, iram operari, esse mini-
stratio mortis atque damnationis, ultimo tamen

In Ps. 38.
con. 2.
Ibid.
20. 14.
in Matih.
20. 14.
citat.



men eam in salutem hominum collimasse; non ut per gratiam sufficientem impleteret, quemadmodum recentiores aestimant, sed ut eandem gratiam agnoscendam, implorandamque docerentur. Hoc est enim quod Apostolum, Augustino interpretante, clamantem audivimus: *Conclusit Scriptura omnia sub peccato*, hoc est, Lex in tabulis conscripta omnes sub se peccati & pravaricationis reos conclusit; quo fructu, quo scopo? *Vi promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus*, hoc est, ut gratia humano generi promissa, precibus ex fide suis implorata, credentibus donaretur. Nam hoc sibi vult illud solemne praclarumque; Augustini pronuntiatum quod toties inculcat: *Quod lex imperat fides impetrat*. Itemque illud: *Ideo iubet lex, ut admonet quid faciat fides*. Et illud: *Lex data est, ut gratia quaereretur: quae data est, ut lex impleteret*.

Epist. 89.

De natura
& gratia
cap. 16.

Lib. de spir.

Epist. c. 13.

Ibid. c. 19.

Quae cum ita sint, nemo existimet parvam fuisse legis utilitatem, vel Deo invidiam cum Manichaeis creet, quasi à Deo malo data sit, quod virtus peccati nuncupetur. Multum enim profuit per omnem modum; sed non ut gra-

tia. Non enim inutile aut noxium dici debet assequenda sanitati, quod a grotus medicinali quodam dolore cruciatur: Medici quippe scopus est, etiam per ipsas vexationes, aperitque vulneris molestias, non agrotum interimere, sed aliquid in inferiori licet gradu conferre recuperandae sanitati. Unde appositè Augustinus, cum iuxta Apostolum praemisisset: *Lex non est data, quae possit vivificare, sed quae mortuos quibus vivificandis esset gratia necessaria*, non solum peccati propagatione & dominative prostratos, verum etiam ipsius legis addita pravaricatione convictos deberet ostendere, salutis conferendae intuitu hoc Deum fecisse demonstrans, adicit: *Non vi periret, quisquis hoc in Deo misericordia etiam tunc intelligeret, sed ut per regnum mortis ad supplicium destinatus, & iam sibi per pravaricationem legem manifestatus Dei quaereret adiutorium*. Non ergo ut hominibus desperatio inijceretur peccata pravaricatione cumulata sunt, & peccator arctissime sub iniquitate coelusus; sed & contra, ut spes adipiscendae sanitatis conciperetur. Nemo enim est insanabilior eo qui sibi sanus videtur.

CAPUT XIV.

Lex virtus peccati, & iram operatur, & in singulis hominibus etiam Christianis, & in toto populo Dei, qui instar unius hominis eruditur in quatuor statibus, ante legem, sub lege, sub gratia, in pace.

Nec verò aliquis putet effectus istos legis, in solis Iudaeis habuisse locum, Christianis verò qui iam sub gratia per Iesu Christi passionem revelata vivunt, legem praecipiente efficacius aliquod adiutorium ad bene vivendum posse conferre. Docet enim diversis in locis Augustinus non minus in Christianis, quamdiu multum in sua virtute confidunt, & de impetrandis bene vivendi viribus non multum solliciti sunt, legem subintrasse ut abundaret peccatum, pravaricationem, atque iram operari, virtutemque esse peccati. Nam de Christianis ad Christianos loquebatur quando dicebat: *Scripturas utique non advertens novi Testamenti, ubi dicimus hanc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa quae peperam sunt, confugiat ad gratiam Domini miserantis, velut padagogo concludente in eadem fide, quae postea revelata est, ubi & remittantur quae male sunt, & eadem gratia vivante non sunt*. Audis in Scripturis non veteris tantum, sed etiam novi Testamenti hanc esse legis arguentis intentionem? Et idem uberius de eadem novi Testamenti lege confirmans: *Hec est fides ad quam praecepta compellunt, sua videlicet difficultate, ut lex imperet & fides impetret*. Et iterum de superbiante Christiano quales Iudaei fuerant, plus necesse est offendat, & cadendo vexetur, vexatusque non surgat: & ideo tantum audiat vocem legis, quo admonetur implorare gratiam Salvatoris. De Christianis ad Christianos loquebatur, quando dicebat, ut probaret gratiam Christi adventu iam datam non esse scientiam legis: *Scientia quippe legis sine*

Lib. de nat.
& gratia, 12

Cap. 16.

Cap. 22.

Lib. de gestu

Peric. 7.

Gratia Spiritus, operatur in homine carnem concupis-

centiam: peccatum enim non cognovi nisi per legem. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. De Christianis ad Christianos loquebatur quando dicebat: *Qui autem sic audiunt quod ait lex, Non concupisces, ut loquia didicerint sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratiae Dei ad faciendum quod iussum est, dari sibi virtutem credant & petant, ad hoc eam lex subintravit, ut abundaret delictum, quod de Iudaeis dictum est. Parum enim est quia non implent quod praecipit lex, Non concupisces, sed insuper superbiunt &c.* Et inferius in eadem Epistola: *Lex sine gratia (etiam sub nova lege) facit abundare delictum, & littera sine Spiritu occidit*. *Iubet ideo ut facere in se conati, & nostram infirmitate sub lege fatigati adiutorium gratiae postere noverimus*. De Christianis ad Christianos loquebatur quando doctrinam istam tradebat accuratius: *Cum ergo tibi fuerit, iam scis, sciens quid observare debeat, nonnunquam multum sibi tribuendo, & quasi de viribus suis praesumendo, incipit consurgere velle bello contra vitia, & propter superbiam superari. Ecce statum hominis iam Christiani, qui audit legem instar Iudaei, sed concupiscentia simulatus, & pigrare sine gratia conatus vincitur ac prosternitur. Cujus statum graphicè depingens in conspectibus invenit ergo se ligatum difficultatibus concupiscentiarum, & non posse viam propter compedes ambulare. Insuper se sentit difficultate vitiorum: & tanquam in mare impossibilitatis erecto, portusque clausis, quae evadit, ut recte vivat non invenit. Nonne est ipsissimum illud quod Apostolus dixit: *Conclusit Scriptura omnia sub peccato*? Itaque talis, ut pergit Augustinus, iam scit quomodo vivere debeat, & pos-*

in via audez, vno bene, secundum quod nosti. *Antea enim non noveras, quemadmodum viveres, modo accepisti & nosti. Conatur & non potest; ligatur se sentit.* Quid ergo in tali lex ista operatur? Audi sequenna inferius: *Et nunc pugna contra concupiscentiam Deo desistente ab adiutorio, laborare potes, vincere non potes. Et cum fueris presus consuetudine tua prava, humiliabitur caritatem in laboribus, ut iam co de humilitate discas elumare, infelix ego homo, quis me liberabit de concupiscentia huius? Et ecce finis legis etiam in Christianis humilitas, ut medicus imploreitur. Et modum exponens quo, & causam quare humilitas ista & in Christianis generetur, ex abundantia videlicet delictorum, quae ex legis pravaicatione proficiscuntur, & ut gratia requiratur, addit ulterius: *Quid ergo restat nisi quare factum est? Conclufit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Lex autem subintravit ut abundaret delictum.* Audi probationem etiam in Christiano: *Accepisti verbum, accepisti preceptum, nec desistis facere quod male faciebas, & accepto precepto, auget peccata per pravaicationem superbiae. Si te ignorabis, vel discas te, humiliatum elumabis, & necessitate liberaleris.**

Quapropter qui rem istam à fundamentis, & ordinatissimam divinæ providentiæ legem in gubernandis hominibus, non solum univervis, sed etiam singulis, planius intelligere velit, illi attentè considerandum est quod Apostolus dicit: *Non prius id quod spiritale, sed quod animale.* Nam ex quo humana natura per peccatum à cognitione veritatis, & bene vivendi facilitate in cæcitate tenebris & concupiscentiæ difficultates lapsa est, quemadmodum per ætates corporis staturæque diversas, non uno impetu neque saltu, sed pedetentim à pueritia ad senectutem transit, ita quoque anima per ordinatissimos gradus à veritatis ignorantia recteque operandi difficultate, ad virtutis amissæ plenitudinem revocatur. Hinc fit ut quatuor distinctos status, iuxta consuetam providentiæ medicinalis methodum, plerumque percurrat, quam non nisi insolita quadam benevolentia redemptoris nonnulla magnæ animæ prætergressa sunt, quæ non gradatim, sed subito ad perfectam virtutem in qualibet ætate translatae sunt. Primus igitur status hominum singulorum, qui ad sapientiæ fortem pertinent, est ante legem, quando in magna legis ignorantia, adeoque bene vivendi cæcitate versantur: in quo statu anima sub carnalibus cupiditatibus jacet, sine victoria, sine pugna: neque enim hoc agit, ut cum eis velut inimicis dimicet, sed ut eis velut beata persfruatur. Hic status peccatis plenus excipitur à secundo, in quo homo legem cognitionemque veritatis accipit, qua quid agendum cavendumque fit videt, supplicioque per fidem Dei proposito ab iniquitate revocatur. Hic ingentis agritudinis sicut aëreus, quia inexpertus ideoque propriarum virium fiducia plenus, vincere conatur hostiles illas, quas iam agnoscere cepit, rerum terrenarum cupiditates: sed gra-

tiz necessitate nondum agnita, pugnando superatur additaque peccatis ignorantia prævaricatione, multo arctius vinculis cupiditatum suarum stringitur, & peccatorum pondere opprimitur: donec contrita virtutis suarum confidentia, fastus ille detumescat, qui in oppugnandis, vincendisque libidinibus seipso nitebatur; ut ita sit illi difficultas implenda legis velut Pedagagogus ad agnosendam divinæ gratiæ necessitatem, & ad eam suppliciter implorandam manuductio. Tunc ergo transfertur ad statum tertium, in quo sub adiutorio gratiæ similiter vivit, viriliter cum concupiscentiis pugnans & superans. Quibus debellatis sequitur quartus status, victoriarum omnium finis, pax exuperans omnem sensum in aeterna vita Sanctorum. Duo isti primi status sunt ante gratiam, duo postremi in gratia. Primus omnium dicitur ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia, quartus in pace: quamvis vocari etiam possent, primus ignorantia, secundus scientiæ, tertius gratiæ, quartus pacis. In primo nec pugna libidinum est, nec victoria; in secundo pugna sine victoria, in tertio pugna cum victoria, in quarto finis pugnae victoriæque plena requies. Primus, tertius, & quartus non sunt huius loci, sed solus secundus, in quo hominem sine gratia, sola legis instructione fultum, cum concupiscentiis pugnam inire diximus, ideoque non modo superari, sed affligi vehementius & arctioribus concupiscentiarum vinculis alligari, ut discat fracta superbia de viribus suis concepra, sibi non tantum Doctorem, sed etiam adiutorem, hoc est, gratiam Christi esse necessariam. Statuum istorum distinctio apud Augustinum valde celebrata est, de quibus superius multa diximus. Vbi varijs eius testimonijs statuum istorum omnium differentiam, præcipueque secundi proprietates declaravimus; quod videlicet in illo statu *sub lege hominem non adiuver fides, vel spiritus Dei, sed suis viribus cum concupiscentiis quæ per prohibitionem magis accenduntur, pugnans vincitur, graviusque prosterntur, donec hominem Deus prævaricationum cumulo eo perducatur, ut ipse adjuvare credatur, hoc est, ut gratiam agnoscat necessariam esse sibi, postuletque per fidem ab eo qui spirat ubi & quando voluerit. Unde & status iste ab Augustino vocatur ante gratiam.*

Iam igitur quisquis miratur, cur Deus universo populo Iudaico legem dederit, quæ gratiæ adiutorio deficiente (paucis exceptis, qui sub fide gratiæ etiam tum vivebāt) nihil in eo operaretur, nisi ut crescentibus per prohibitionem scientiamque legis cupiditatibus, peccatis præcedentibus prævaricationis accessu, cumulus adderetur, illi considerandum est divinam providentiam omnia pulchrè moderantem, ita diversam generationum seriem ab Adam condito, usque ad finem sæculi administrare, quemadmodum unius hominis ætas à pueritia ad senectutem usque diversis temporum, profectuumque gradibus terminatur. Nam quia omne pulchrum est à summa pulchritudine quæ est Deus, temporalis autem pul-

Lib. de statu nature lapsæ lib. 3. cap. 6.

Lib. 83. 99. quæst. 66. & in Enchir. cap. 118.

NW

polchritudo, rebus decedentibus succedenti-
 busque peragitur, hinc fit ut habeat deco-
 rem suum in singulis quibusque hominibus,
 singula quæque ætas ab infantia usque ad se-
 nectutem, habeat etiam exercitia quibus ad
 sapientiam eruditur, ipsaque minoris majoris-
 que perfectionis gradatione ornatum suum.
 Sicut ergo absurdus est, qui juvenilem tan-
 tum ætatem, tanquam cæteris pulchriorem
 vellet esse in homine temporibus subdito, ut-
 pote qui invideret cæteris pulchritudinibus,
 quæ cæteris ætatibus suas vices atque ordi-
 nem gerunt; sic absurdus est, qui in ipso uni-
 verso genere humano, vel certè in ipso uni-
 verso populo Dei unam tantum ætatem sub
 gratia, tanquam omnium vegetissimam desi-
 derat. Nam & ipsum humanum genus,
 tanquam unus homo suas ætates agit. Quod
 igitur de ætatibus manifestum, hoc similiter
 de virtutum exercitatione cogitandum est.
 Non enim minoris absurditatis est, eadem vir-
 tutis & eruditionis exercitia pueris ac tyroni-
 bus, quæ viris eruditione virtuteque perfe-
 ctis imponere, atque unam ætatem ac vires in
 omnibus postulare. Vnde Augustinus: *Quod in
 uno homine rectè educato, ordine nature, disciplinaq[ue],
 contingit hoc proportione in universo genere humano
 fieri per divinam providentiã, peragitur pulcherrimè
 est.* Quapropter totum genus humanum in qua-
 tuor similes status ordinatissimè Dei provi-
 dentia distributum est; in quorum singulis illud
 appositè ad virtutem eruditur. Primò enim
 ante legem in profunda veritatis, adeoque
 propriarum cupiditatum ignorantia versatum
 est, ut cum postea temporis progressu ad cog-
 nitionem veritatis virtutemque pertigisset,
 cum gratitudine agnosceret, ex quo profundo
 Deus liberasset. In hoc statu ab Adæ lapsu
 usque ad Moysen fuit. Deinde Deus oculos
 humani generis dirupta ignorantie cæcitate,
 per promulgationem legis aperuit, ut agra-
 tudinem suam, exferente se, adeoque crescen-
 te per pugnam cupiditate, disceret, penaque
 terribili pugnando succuberet, ut præter do-
 ctinam adjutorio gratiæ & Mediatoris sibi

Lib. 83. 99
 quest. 49.

Epist. 95.

QUOD si fortasse quæras undè oria-
 tur iste huiusmodi, sive in singulis
 hominibus, sive in toto Dei populo
 temporum distributio atque institu-
 tionis ordo? Respondere possem cum Augu-
 stino, qui dicit: *Hæc temporis distributio refer-
 tur in altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ
 Dei, de qua dictum est, Quam inscrutabilia sunt iu-
 dicia eius, & investigabiles viæ eius.* Solus enim
 ille novit occultas dispositiones animorum, &
 arcana momenta temporum, quibus unicui-
 que idonea est afferenda medicina. Ipse no-
 vit quæ populi ætate, fastus ejus legis terrore
 frangendus sit, quæ per gratiam infirmitas sub-

opus esse sentiret, cui pia fide atque humilita-
 te subderetur. In hoc statu à Moyse ad adven-
 tum usque Christi eruditi sunt, per quem ter-
 tius status, gratiæ videlicet hætenus tyronum
 omnis generis obscuritate velatus, palam præ-
 dicatus est, & etiamnum predicatur, & ad
 finem usque seculi predicabitur. Quo fini-
 to, sequetur status quartus æternæ generis hu-
 mani requies in perfectione virtutum feeli-
 cissima. Quas diversas temporum ac pro-
 ductum ætates, præclare explicat Augustinus
 in Enchiridio, primò in singulis hominibus.
*Harum, inquit, quatuor differentiarum, prima est
 ante legem, secunda sub lege, postquam illa subtra-
 vit ut abundaret peccatum, tertia sub gratia,
 quarta in pace plena atque perfecta.* Deinde in
 universo populo Dei, qui velut unus homo
 toto seculi decursu instituitur: *Sic est, in-
 quit, & Dei populus ordinatus per temporum inter-
 valla, sicut Deo placuit, qui in mensura, numero,
 & pondere cuncta disponit.* Nam sicut primò ante
 legem, secundo sub lege quæ per Moysen data est,
 demò sub gratia, quæ revelata est per primum Me-
 diatoris adventum, quarto in pace plena atque
 perfecta, prout ex ea quæ pro singulis homi-
 nibus data fuerat, explanatione supponit.

Hæc igitur quatuor quasi ætatium humani
 generis differentia, ad intelligendam institu-
 tionis humanæ ac divinæ gratiæ æconomiam
 perquam necessaria est: cujus ignorantia vel
 minus attentâ consideratione forsitan contigit,
 quod non pauci omnia confundendo in into-
 lerabiles absurditates lapsi sunt, cum gratiam
 Dei non solum secundo statui, quo sub lege
 sive quisque singularis homo, sive Dei popu-
 lus vivit; sed etiam primo statui ante legem,
 adeoque Turcis, Iudæis, Ethnicis, Paga-
 nisque largiuntur, etiam si gratiam ac dato-
 rem ejus Christum, nec nomine tenent, vel per
 somnium inaudiverint. Quæ inordinata con-
 fusaque gratiarum profusione prærogativas
 temporis novæ legis auferunt, Christianismoque
 tollunt gratitudinem, quæ adventui & prædi-
 cationi Salvatoris obstricti sunt. Sed aliis de
 his dabitur commodior differendi locus.

C A P V T X V.

Quæ fuerit radix talis æconomiae populi Dei,
 quantum ad legem & gratiam.

QUOD si fortasse quæras undè oria-
 tur iste huiusmodi, sive in singulis
 hominibus, sive in toto Dei populo
 temporum distributio atque institu-
 tionis ordo? Respondere possem cum Augu-
 stino, qui dicit: *Hæc temporis distributio refer-
 tur in altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ
 Dei, de qua dictum est, Quam inscrutabilia sunt iu-
 dicia eius, & investigabiles viæ eius.* Solus enim
 ille novit occultas dispositiones animorum, &
 arcana momenta temporum, quibus unicui-
 que idonea est afferenda medicina. Ipse no-
 vit quæ populi ætate, fastus ejus legis terrore
 frangendus sit, quæ per gratiam infirmitas sub-
 levanda. Verumtamen consilij sui profundi-
 tatem non tam altè demersam esse Deus vô-
 luit, quin sancto Augustino aliqua ejus propo-
 landi generalia argumenta sublaxerint. Po-
 pulus enim ille vetus totus carnalis erat, to-
 tusque visibilibus rebus diligendis immeritus,
 ut nihil supra hocce sensus externos, sive in
 hac, sive in altera vita querendum intelli-
 get. Propter quam puerilium animorum im-
 becillitatem, sicut rerum spiritualium incapaces
 fuerant, ita ad quoscumque colendos Deos
 proni, quorum quasi satellitio se terrenaorum
 bonorum cupiditates implere posse sperarent.
 Itaque talibus hominibus quid erat conve-
 nientius

nentius, quam ut si nondum essent idonei qui legem spiritalem, propter carnalitate[m] de superbia[m] ipsius iustitie dilectione serua- ret, saltem bonorum temporalium, quae illis deditur promissione, poenarumque quas horre- bat formidine ab idolis arcerentur: ut ita dis- ceret, in visibilibus rebus unum amare Deum, donec adveniret disposita temporum plenu- do, qua iam gratia temporalibus contem- plandis necessaria donaretur. Qua de re mul- tis in locis Augustinus profunde disserit: No- tum esse iam debet, inquit contra Adimantum, carnalia ab hac populo congruenter carnalia & tempora- lia praeiudicia fuisse promissa, sed tamen ab uno Deo cunctis esse creatura: omnia & superior & inferior. Itaque, ut dicitur: Dicimus ita esse ista munera Dei, ut ta- men sit in ista, & in comparatione salutaris con- fessionis non solum amarentur, sed utro etiam proxi- ma: carnalibus tamen haec amantibus, & nondum capientibus promissa caelestia, ne ab idolis & damo- nibus ista peterent, utiliter a Domino Deo esse pel- lenda. Et in libro contra Faustum: Eam rez- zione dispensationem ac distributionem temporum ordo spectat: ut prius appareret etiam ipsa bona terrena, videlicet & humana regna, & ex hostibus victorie de- portantur, propter quae maxime civitas impiorum dis- soluta per mundum supplicare idolis & demonibus solet, non nisi ad unum veri Dei potentiam atque arbitrium pertinere. Vide & vetus Testamentum secretam regi calorum tempore oportuno aperendam pro- missionibus terrenis operuit, & quodammodo imbro- sa operavit. Vbi autem venit plenitudo temporis, ut novum Testamentum revelaretur, quod signis ve- teris relabatur, evidenti iustificacione iam demonstran- doverat, esse aliam vitam pro qua debet hac vita contemni: & aliud regnum pro quo oportet omnium terrenorum regnorum adversitatem patientissime sus- tinere. Nimirum haec duabus istis humani generis aetatibus, duobusque testamentis Deus docere voluit; bona temporalia, & a se petenda, & propter se contemnenda, ut tandem Deus ipse bonum bonorum omnium quareretur. Cuius altissimae & humanissimae providentiae, nonnulla vestigia in rebus infimis cernimus. Nam ex illius radijs humanam providentiam illustrantibus proficiscitur, ut quemadmodum alibi Augustinus dicit: *Benevola & paterna in- dulgentia haec idonea temporalia parvulis, quae non vult remanere in filiis suis iam grandaevo iam profectibus. Donat ergo pueris nates, quibus servat hereditatem. Ludentibus & de quibusdam in- duriis se oblectantibus cedit paterna pietas, ne desiciat aetatis infirmitas. Hoc ergo quod in uno fi- lio homo pater facit, hoc in toto populo Dei Deus pater fecit. Ludera concessit pue- ris, ut postea temporibus opportunis palam hereditas aeterna eis appetenda panderetur. Sic enim hanc ipsam comparationem applicat huic proposito Augustinus: Quare ipsa (ter- rena) prima praeiudicia oportebat? quia non primo quod spiritale est, sed quod animale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis &c. Sed tandem primus homo terrenus est, quando terra sepi. Namquid quomam pueri dantur quadam pueritia ludera, quibus puerili animus nocetur,*

propterea grandaevo non excutiantur de manibus, ut aliquid iam a nobis traheret quod grandam de et? Veruntamen tu ipsa dediti filio tuo: & nates parvul, & colere granda. Non ergo quia illa quasi ludera puerorum Deus per novum Testamentum excisisti de manibus filiorum, ut aliquid ut illos daret grandae- ventibus, propterea priora illa ipse non dedisse putan- dus est, ipse utrumque dedit. Etiam hoc pos- tular ordo disciplinae naturalis, ut paulatim a parvis exordijs ad perfectiora duramur; quae si quis tyronibus in ipso institutionis limine propulerit, praeterquam quod oleum & ope- ram perditurus est, insuper hoc obtineat, ut animus discipulorum ipsa rerum difficultate reperculsus, aversionem ac desperationem in- duat insanabilem. Quanto rectius igitur temporalibus terrenisque praemijs Iudaeos Deus tanquam parvulos ad se attraxit, non ut in illis maneretur, sed partim ut illis quasi blanditijs patris delinici ipsum qualitercumque colere confuiscerent, & paulatim discerent meliora sperare, partim ne illa minora bona quae dile- ctioni suae subtrahi viderent, ab alijs sive Dijs, sive demonibus quarerent. Recte igitur *Lib. 10. de Civit. c. 17* Augustinus: Sicut vultus hominis, ita humani ge- neris, quod ad Dei p- lam pertinet, recte eruditio per quosdam articulos temporum tanquam in aetate im- profecti accepit, ut a temporalibus ad aeterna ex- picienda: & a visibilibus ad invisibilia surgereat; ita sane ut etiam illo tempore quo visibilia promitteban- tur divinitus praemia, unus tamen colendus commen- daretur Deus, ne mens humana vel pro ipsis terrenis vita transitoria beneficijs, enquam nisi vero anima Creatori ac Domino sibi crearetur. Optime igitur populus Dei adhuc terrenis desiderijs infir- mus, ea ipsa quae temporaliter exoptat bona infima atque terrena vita transitoria necessa- ria, & praesempiterna vitae beneficijs contem- nenda, non tamen nisi ab uno & vero Deo expectare confuiscit: ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat; ad quem tandem maturior factus contemptu eorum, & ab eis aversione perveniat. Quod si ille cul- tus Dei ex temporalium bonorum desiderio profectus, totus terrenus est atque carnalis, ex quo impossibile sit legem Dei & praeccepta nisi carnaliter observare, & consequenter necesse est, non servare; tolerat hoc incommodum paterna benignitas, ut a talibus hoc saltem ob- tineatur inchoationis exordium, quod ob- tineri non potest: atque ita ad veram praec- ptorum observationem quoquo modo via sternatur. Haec igitur carnalium animorum sola terrena bona diligentium in capacitate perpensa, quid rectius opportunisque fieri poterat, quam ut populo talium rerum dilectione caecato, ideoque infirmitatem suam ignoranti, facileque quilibet se facturum superbe prae- sumpti, ut illis bonis potiretur, lex daretur spiritalis, ut si nondum possent eam ex illa temporalium dilectione servare, quae sine ius- titiae dilectione servari non potest, saltem hoc se non posse, ipsa legis pravavacione cog- nosce-

noberent? Nam præterquam quod ita sub
virga in unius Dei cultu continebatur, etiam
factus eius non nihil premebatur, ut advenien-
te tandem salvatore sibi de infirmitate con-
victio, gratia eius necessariam esse fateatur. Iux-
ta illud Augustini: *Oportebat ut in Testamento
veteri lex imponeretur superbis, & de sua voluntatis
virtute scientibus, quæ non daret iustitiam sed suble-
ret de se morte prævaricationis impliciti, ab gratiam
confugerent, non iubentem tantummodo sed iuvantem,
quæ novo Testamento revelata est.*

Nec hic aliquis imperitè dixerit: Cur ergo
lex ista tam paucis Iudæis profuit? Probat
enim plurimis in ipso salvatoris adventu, quo
reverti omnia bona ad pedes Apostolorum
abiecisse, nullalque gentium Ecclesias invita-
tas ex Augustino demonstravimus: qui re-
ctissime monet, non esse considerandam Iu-
dæorum infidelium multitudinem, quia sem-
per boni malorum numero superantur: *Nec B
Galas.*
En Epist. ad Galas.
Rom. II.
turbs, inquit, infidelium consideranda sunt. Omnis
enim arca multis partibus ampliore habet paleam
quam frumentum. Nam quantumvis pauci Chri-
sto crederent, propter istos tamen, ut ibidem
observat, dixit Apostolus: *Nemquis repulit
Deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israëlita
sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin: Non re-
pulsit Deus plebem suam, quam præstitit. In illis er-
go quos credituros præscivit, illa conclusio
sub peccatum, superbiam fregit, eosque cum
gentes essent longè, de proximo inventi fecit.*

Hanc igitur diversæ providentiæ rationem
qua quondam lex, bonaque terrena, postea
gratia populo Dei bonaque spiritualia dispen-
sata sunt, quisquis intellexerit, ille facile in-
telliget, cur idem in singulis hominibus etiam
Christianis, quadam proportionem plerumque
servetur. Nam & illi postquam ad agni-
tionem veritatis ab ignorantia & errore con-
versi sunt, temporalium adhuc rerum con-
cupiscentijs pleni ægerimè sibi persuaderi si-
nunt, tantam esse virium suarum imbecilli-
tatem, ad illicitas illas cupiditates, quas jam

quasi de somno experiri cœsunt, & ex instru-
ctione legis vehementer se improbare sentiunt,
fræandas atque superandas. Vnde de æru-
gine occultè fructibus nocente loquens Au-
gustinus: *Quod malum æruginis, cui vita-
ram aptius comparatur, nisi quid difficillimè appa-
ret, sicuti est multum de se sedere. Atria est enim
noxia, quæ hec in sensibus latenter operatur, sicut
in moribus occulta superbia. Hinc itaque de suis
visibus letaliter confidentes, confligendo su-
perantur & cadunt, iterum iterumque conati
relabuntur, donec ipsa pugnandi prævaricatio-
dique experientia erudit, Deo miserante cum
Apostolo clamant: Infelix homo, qui me libera-
bit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Je-
sum Christum Dominum nostrum. Petulit hoc
eis Deus beneficium, futor, sine tanta diffi-
cultate, sine lapsibus, sine prævaricatione to-
ties iterata, & cadunt, iterum iterumque conati
ferre: Sed quis cognovit sensum Domini? Aut quis
consiliarius eius fuit? Novit ipse quæ cuique
tempori, homini & ætati sic apta medicina.
Agit, ut medicus, iudicio suo, nec ordinem sanan-
di accipit ab ægrotis. Ipsi visum est, tumores ani-
morum dolore comprimendos esse; venenum esse
quod non curatur, nisi veneno: ut sic principali-
tate illa virtus humilitas, accipiendæ gratiæ ad-
benè vivendum capitaliter necessaria, pugnis,
ruinis, prævaricationibus, expertaque per
vires suas superandarum libidinum impolli-
litate, profundissimè cordibus infigatur, &
illa propria infirmitatis experientia memo-
riæ commendetur, ne unquam quantumcum-
que proficientes amplius dicant: Ecce manus
nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia.
Quod esse altissimum & beneficentissimum pro-
videntiæ medicinalis consilium illi soli non
intelligunt, qui divinæ severitatis imperti
nihil nisi gratias, blanditias, suavitates in Deo
cogitant. Quasi verò non optimi medici sit
vulnere putredinem, quæ medendi suavitate
in interitum serperet, etiam urendi secandi-
que austeritate sanare.*

C A P V T X V I.

Eadem vis cujuscumque doctrinæ, revelationis, scientiæ,
sapientiæ, quæ legis, ad liberandam voluntatem.
Opus indè proficiens est opus naturæ,
non gratiæ.

EX his quæ de natura legis veteris ge-
neraliter ac de ejus effectibus disserui-
mus, facile perspicuum esse potest,
quid de quacumque gratia intellectus
existimandum sit, sive illa promissio sive illu-
minatio, sive gloriæ pramiorumque pollici-
tatio, sive sapientiæ revelatio, sive exhorta-
tio, sive suasio, sive Christi aut alterius exem-
plum nominetur, quibus nominibus Pelagia-
ni gratiam, quam post naturam atterere, de-

corabant. Nam per hujusmodi gratias nihil
aliud quam scientia præbetur intellectui quæ
cognoscat quid agendum cavendumque sit,
hoc est, faciendum esse bonum & declinan-
dum à malo; vel ut quamplurimum illa præ-
stent, tantummodo ostendant, quam sit mag-
num, quam utile, quam necessarium, quantæ
gloriæ prææque meritorium, quod declinè-
mus à malo bonumque faciamus. His enim
stimulis supra simplicem veritatis demonstra-
tionem

65
tionem, videntur suasio & exhortatio succen-
dere voluntatem, utpotè quæ magis consilij
quam nunc doctrinæ rationem habent. Sed
quomodo illud tandem sit, tantummodo in-
tellectum instruat, nec aliam gratiam com-
plectantur, quàm illam præclaram Augu-
stini sententiam, qua cum Pelagianam legis at-
que doctrinæ, juxta illam præclaram Augu-
stini sententiam, qua cum Pelagius Deum di-
xisset operari in nobis velle quod bonum est,
quatenus nos futura gloria magnitudine & præ-
mium pollicitatione succendit, revelatione sapientia
in desiderium Dei superentem suscitavit voluntatem, sua-
ditque omne quod bonum est, omnes hujusmodi ve-
tae gratia interpolationes jugulavit: *Quid ma-
nifestius nihil aliud eum dicere gratiam qua Deus in
nobis operatur velle quod bonum est, quam legem
atque doctrinam? Et rationem addit valde
perspicuam: In lege namque & doctrinâ sanctarum
scripturarum, futura gloria atque præmiorum pro-
mittitur magnitudi: ad doctrinam pertinet etiam
eius sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet eum
suadere quod bonum est. Et si inter docere & sua-
dere, vel potius exhortari distare aliquid videtur,
etiam hoc tamen doctrinæ generalitate concluditur,
quæ quibuscumque sermonibus vel litteris continetur.
Nam & sancta Scriptura docet & exhortatur, &
potest esse in docendo & exhortando etiam hominis
operatio.*

Et sane si quæ prærogativa suasioni vel ex-
hortationi præ simplici doctrina tribuenda
esset, ut efficacius putarentur hominis ad bo-
num permoveere voluntatem, ideoque magis
gratia existimanda, quàm doctrina litteris vel
sermonibus prompta, profectò illa maximè
preceptis, ac legibus deberet adscribi. Lex
enim præsertim præmiorum pollicitatione, pœ-
narumque comminatione armata longè effi-
caciùs ad operandum incitat, quàm hortatio,
suasio vel consilium. Hæc enim simpliciter
actionem ab hominis libertate petunt, illa ju-
bent. Iussio verò multò vehementior est ad
propellendum quam petitio. Et tamen cer-
tissimum est, legem, consilium, ac præceptum
sub gratia doctrinæ à Pelagianis prædicatæ
esse comprehensa. Nam hæc de causa tantoperè
legis inutilitatem & inefficaciam ad volunta-
tis liberationem Augustinus in omnibus suis
scriptis inculcat. Proinde siue suasio, siue ex-
hortatio, siue promissio, siue exemplum, siue
sapientia revelatio nominetur, nihil aliud
continet nisi gratiam Pelagianam, hoc est, le-
gem atque doctrinam, eisdemque effectus par-
it, quos jam de lege declaravimus. Si enim
desit alia gratia voluntatis ac spiritus Dei ad-
juvans spiritum hominis, per talem gratiam
perinde omnino, quemadmodum de lege di-
xit Augustinus, non sanatio sed cognitio fit
peccati, reviviscit, eminet, apparet peccatum,
non inseritur nec exstirpatur, sed demonstra-
tur concupiscentia. Prodit ista gratia, non
tollit morbos, sciri facit peccatum potius quam
cavere; jubet, non dat iustitiam; ostendit non
auferit aegritudines. Ex quo necesse est conse-
quenter fieri, ut non adjuvante aliter Deo, fa-
ciat abundare peccatum. Qui enim ante vel

A ignorando peccabat, vel certè nesciendo quam
magnum quamque noxium peccatum esset,
quantarumque pœnarum seminarium post
consilium, suasionem, hortationem, sapien-
tia revelationem, sciens prudensque peccat,
omni ignorantia excusatione sublata. Quo-
rum omnium perspicua ratio est, quia hujus-
modi gratia, quocumque nomine appelletur,
solum intellectum non affectum afficit; dat
scire, non velle, multò minus facere, quia
significat faciendum, non facit. Itaque ne
quidem tangit ipsam radicem aegritudinis,
hoc est, concupiscentiam quæ voluntati domi-
natur, tantum abest ut clam vel sanando tol-
lat, vel mitigando stimulos ejus frangat; ut
sane talis gratia fructus non sit alius, quam ut
hominem sibi ipsi velut speculum ostendat,
quo clarius, quam solâ lege videat, in quibus
morbis jaceat, quibus vinculis compeditus sit,
atque ita confusus admadvertat, non tantum
Doctorem sibi esse necessarium, sed etiam adiutorem
Deum, à quo eius itinera dirigantur, ne diminetur ei
omnis iniquitas, & confugiendo ad opem divina gra-
tia sanetur. Iuvat ergo & ista gratia, ut a gro-
tus medicum, hoc est, veram volendi ope-
randique gratiam quærat, qua fiat ut velit, &
faciat quod volendum faciendumque consilio,
hortatu, suasionem, sapientia revelatione per-
cepit. Quod nisi alia veraque gratia juvan-
te fecerit, scientiâ suâ convincetur esse præ-
varicationis reus; nec ad aliud ei proderit ista
cognitio, nisi ut superbia deprimatur, qua
suas sibi vires ad operandum iustitiam sibi
sufficere putat.

Nam si quis benè advertat, tota illa gratia
legis atque doctrinæ, prout omnes jam supra
commemoratas doctrinæ differentias comple-
ctitur, non est ipsa quæ iustitiam præceptam
facit, sed vires hominis peccato vitiati natu-
rales. Ut proinde qui gratiam talem legis
aut doctrinæ asserunt, re ipsa nihil aliud præ-
dicent quàm per naturam esse iustitiam, quam
jam didicit esse faciendam. Cognitio quippe
qua quis novit quid faciendum cavendumque
sit, non minus esse potest in eo qui resistit,
quam qui obtemperat suæ scientiæ & con-
scientiæ. Vnde enim alioquin dicerentur
aliqui esse rebelles homini? Vnde diceret Apo-
stolus: *Scienti bonum & non facienti peccatum est
illi?* Vnde ex audientibus idem consilium,
suasionem, hortationem, ex percipientibus
eandem sapientiam, unus eam sequeretur alter
sperneret? Indè sine dubio, quod alter viri-
bus naturalibus eam arriperet, alter præter-
mitteret. Natura est ergo quæ seipsam re-
rum agendarum cognitione imbuta liberaret;
perinde atque fieret, si nulla doctrinæ aut le-
gis additione, sola natura voluntatis in bo-
num opus erumperet. Nam etiam tunc non
faceret hoc sine agendi boni malique cavendi
cognitione, quam ex naturali ac visceribus
incripta lege didicisset. Hinc est ergo quod
Augustinus opera ex legis instructione susce-
pta frequenter in solam naturam referat: ut-
pote quæ pro suo arbitrio sola faciat, quod
facien-

Lib. de spir.
& lit. c. 6.

16. 295

faciendum lex præscripserit, perinde ac soli seruo asseribi debet, qui opus facit, quod ejus Dominus consulit, hortatur, suadet, aut jubet. Hoc enim significat Augustinus cum toties dicit, homines accepta jam lege suam utilitiam constituere eum putant, quod per eorum non aditum divinitus arbitrium lex possit impleri. Hoc significat cum in Epistola ad Asehellum dicit eos per litteram occidi, qui eum sint car-

*Lib. 3. ad
Bonif. 6. 2.*

*Epist. 200.
ad Asehellum*

*Ser. in illud:
Qui gloriatur in Do-
mino gloria-
tur in Ap-
pud.*

*Lib. de gra-
tia & libero
arb. cap. 4.*

*Lib. de Spir.
& lit. 1. 2.*

Ibid. cap. 9.

*Lib. de gra-
tia Christi
cap. 13.*

nales, putant suis viribus legem spiritalem se posse complere. Hoc significat cum in sermone quodam de Iudæis in lege gloriantibus dicit: Non tenentes Deum nisi in præceptis & suis viribus se implere posse præcepta adiutorum devotarunt. Hoc significat quando illum post acceptam etiam legis cognitionem firmare carnem brachij sui dicit, qui potentiam fragilem atque invalidam, id nec adiutorium sperat à Domino, præter legem quam accepit. Hoc denique ipsi Pelagiani legis doctrinam præcones, quando ex Apostolo legis justitiam deprimente premebantur, aperte falsi sunt. Dicebant enim, ut Augustinus refert, hominem per legem instrui, quid evitare & quid appetere debeat, quo per liberum arbitrium naturaliter instruitur viam demonstratam ingrediens, continentem & iuste & pie vivat. Et paulo inferius arctati replicant: Merito dixisse Apostolum, quia ex lege nemo iustificatur: ostendit enim tantummodo lex quid faciendum quid cavendum sit, ut quod illa ostenderit, voluntas impleat, ac sic homo iustificetur, non per legis imperium, sed per liberum arbitrium. Quo fit ut rectissime talem legis operationem, seu ut ipse loquitur, talem justitiam vocare soleat Imperatam non datam; nempe quia accepto imperio, ex nobis ipsis

proficiscitur. Quam ob causam eam sexcentis locis Apostolica phrasi vocat *Iustitiam nostram non Dei*; quia eam nobis non dedit Deus, quantumvis agendi scientiam revelaverit, sed nos naturalis arbitrij nostri viribus expressimus.

Quæ si vera sunt, sicut sunt verissima nullo pacto debitare sinimur, quin illa legis operatio, quam non dico consilij, suasionibus, hortationibus, sed etiam sapientia revelationibus quantumcumque sublimibus sive externis, sive internis didicerimus, si non alia profundior gratia Dei qua voluntas molliatur, accedat, fit operatio nostra non Dei, sit imperata seu manifesta, non data, sit fructus virium naturalium non gratia Dei. Cum ergo vires naturales ita peccati labe prostratae sint, ut non possint etiam cognitam jam legem sua potestate divinitus non adjuta facere, manifestum est, legem non esse gratiam qua liberum arbitrium ad faciendum legis justitiam liberetur; sed accepta cognitione manere voluntatem non minus peccatiservam, hoc est, sub concupiscentia terrenisq; desiderijs captivam, quam si nullus eam legis aut scientia radiis illustrasset. Nec enim ulla potestas est in celo aut in terra, quæ quantumcumque scientia revelatione, aut sapientia illustratione voluntatem deorsum suis cupiditatibus pronam, in celum retorquere queat, nisi solus Deus, seum istud jugum, quo per proprias libidines terrenas premitur, alterius amoris inspiratione confringat. Hoc autem non fit ipsa lege, seu qualicumque cognitione, sed gratia, hoc est, non imperio sed beneficio, non iubente vel suaudente littera, sed iuvante Spiritu.

*Epist. 200
ad Asehellum*

C A P V T X V I I

Aperitur hallucinatio cujusdam recentioris, qui cogitationes congruas etiam naturales, illam veram gratiam Christi ad operandum statuit. Quid ab errore Pelagiano discrepet.

*Vasquez 1.
2. disp. 189
cap. 16.
Et in prima
parte disp. 91
cap. 11. &
14. & 1. 2.
disp. 190.
cap. 8.*

*Vasquez 1.
2. disp. 189,
aliquid ex nobis quasi ex nobis. Sed ista sententia
e. 16. n. 135.*

QVOCIRCA satis mirati non possum, quid sibi illi ex recentioribus voluerint, cui docuerunt cogitationes quasdam ordinis etiam naturalis de bene agendo, esse veram illam gratiam qua bonum opus legis fieri potest, tentationeque superari; & de qua sanctus Augustinus, Patres & Concilia locuti sunt, quando nihil operis boni fieri posse sine Christi gratia tradiderunt. Hanc gratiam vocant cogitationem congruam, quia prævidet Deus cum ea hominem opus bonum operaturum, vel tentationi non consenturum, cui cum alia cogitatione consentiret. Hoc genus gratia primum ab Augustino excogitatum voluit, & ab eo indicatum, quando toties nihil boni à nobis fieri

in omnibus suis capitibus enormiter ab Augustini mente declinat; ut potius purum somnium Authoris, quam Augustini sententia videatur. Nunquam enim Augustinus in omnibus suis operibus cogitationem congruam pro Christi gratia proprie dicta, ad bene operandum necessaria obtrusit: nunquam cogitationem congruam ad bonum opus dixit esse satis, de quibus aliis dicendum erit. Nunc tantum dico graviter Authores istos hallucinari, quando ad istam gratiam stabilendam illa loca sancti Doctoris arripunt, quibus docet, idem nihil ex nobis esse posse; quia non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: itemque quia ut Ambrosius dicit: non esse in potestate cor nostrum & nostras cogitationes, & hujusmodi. Nam in illis non avertitur cogitatio bona aut sancta tanquam gratia, quæ beatè

benè operemur, sed tanquàm effectus gratiæ: hoc est, docet Scriptura & Patres illis locis, ne quidem habere nos posse bonam cogitationem sine gratiâ, sicut non possumus habere bonam operationem aut dilectionem Dei sine gratiâ, quæcumque tandem illa sit. Quod ex eo manifestum est, quia per hoc ostendere volunt, quousque in actionibus nostris gratiæ latitudo protendat, scilicet ad ipsas usque cogitationes, non quod ipsæ cogitationes sint illa gratiâ quam commendare voluerunt. Quod ipsum probant omnia loca quibus opinio- nem suam solcunt: ut quod Concilium Africanum ex Augustino dicit: *Divini esse numeris, tam & recte cogitamus, & pedes nostros a falsitate & invidiam tenemus*: ut quod ibidem dicit: *Per naturæ vigorem nos nihil boni cogitare ut expedit posse absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti*: ut quod Conc. Carthag. dicit, utrumque Dei donum esse, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus: ut quod Prosper aliquoties dicit, iuxta id quod etiam sapientissimus Augustinus præformaverat, definitum ab Africanis Præsulibus fuisse: *Gratiâ Dei per ipsum Christum, non solum ad cognoscendam, sed etiam ad faciendam iustitiam per actus singulos adjuvare, ita ut sine illa nihil verè sanctag. pietatis cogitare, dicere, agere valeamus*. Ut quod Fulgentius dicit: *Per gratiâ Christi cogitationis sanctiæ non solum recipi facultatem*. Nam his & similibus locis, quæ pro asserenda illa sua opinione asserunt, ipsa suorum verborum expressione & superficie apertissime clamant, se cogitationem sanctam haud secus atque operationem sanctam, ac dilectionem Dei, referre ad gratiâ Dei, ad donum Dei, ad illuminationem & inspirationem Dei, quo juvante bona cogitamus & facimus. Sicut igitur nemo nisi imperite & insulse, ipsa opera bona quæ facimus, proferte posset ex mente sic loquentium, tanquàm gratiâ Dei, cum significant esse effectus gratiæ Dei; ita nec sanctam cogitationem, utpote quàm pariter tanquàm effectum asserunt alteri gratiæ Dei. Unde quod Augustinus omnia bona refert ad sanctam cogitationem, non ideo facit quia illa est vel gratiâ Dei, vel prima gratiâ Dei, in quam actus nostri referendi sunt, sed quia est primus effectus gratiæ Dei. Nam ideo expressè dicunt, opus esse gratiâ Dei, illuminatione Dei, inspiratione Dei, munere Dei ad recte cogitandum, sicut ad recte operandum. Accedit quod illa recta cogitatio, ad quam non sufficimus nobis, quam per Christum Fulgentio auctore recuperamus, non est cogitatio aliqua indeliberata quæ præcedat primam bonam voluntatem, sed ipsam simul complectitur voluntatem. Quam ob causam Prosper eam ut distinctam à sermonibus & operibus recenlet, quemadmodum & Augustinus: *Nisi voluntas fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis aduta: ita ut cogitare, dicere & agere, vel ut Augustinus, actio, sermo, cogitatio, omnia bona quæ Dei gratiâ possunt complectantur*. Quod forte alio in

loco ex professo ex ipsis fontibus tradituri sumus. Quocirca cogitatio illa bona non est ipsa gratiâ, sed opus habet gratiâ, Dei que inspiratione, qua fiat: Deinde quamvis disputationis causa concederetur Patres atque Concilia cogitationem sanctam agnoscere pro vera gratiâ Dei, sicut illuminationes intellectus, seu luminis celestis infusionem gratiâ Dei esse profiterentur: nusquam tamen vel Augustinus vel ullum Concilium Ecclesiæ docet, solas huiusmodi bonas cogitationes, quantumcumque congruas esse solas illuminationes divinitus infusas esse gratiâ que sufficiat ut operemur bonum, vel tentationibus resistamus, nusquam hoc dicunt, nusquam scribunt: sed potius tanquàm apertum Pelagianæ pravitatis errorem ex professo damnant. Nam cum Pelagius multo liberalius, quàm recentior iste Scriptor, apertissime concederet: *Deum nos futuræ gloriæ magnitudine & pollicitatione succendere, revelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitare voluntatem, suadere omne quod bonum est, & ita in nobis operari velle quod bonum est, reclamat ei Augustinus, tanquàm adhuc damnatam à Carthaginensi Concilio sententiam propugnaret: Quid manes sitis, nihil aliud eum dicere gratiâ, quæ Deus in nobis operatur velle quod bonum est, quàm legem atque doctrinam? Quid quod disertè Pelagius agnoscebat gratiâ & revelationem Dei, qua cordis oculos aperit, futura demonstrat, diaboli pandit insidias, multiformi & ineffabili dono gratiâ celestis illuminat? Quid quod orandum statuebat, ne nobis intelligentia veritatis, ut doctrinæ etiam divinæ revelatione aperiretur? Quid quod fatebatur doctrinam nobis etiam sancto Spiritu quem accepissimus etiam revelari; quid quod sensum Domini, qui est in spiritualibus virtus, neminem sine Spiritu Dei cognovisse? Quid quod tantam sapientiam donari, ut voluntatis Dei occulta mysteria nosceremus? Et tamen his & huiusmodi divinæ gratiæ confessionibus non contentus concludit Augustinus eis fatendum esse, quod Deus interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operetur non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Quis autem non videt huiusmodi Pelagianas gratiæ confessiones incomparabiliter luculentiores esse, quam quicquid recentior iste Scriptor excogitavit, dum pro verâ gratiâ Christi ad bonum opus necessaria, profert cogitationem aliquam per extrinsecas occasiones & causas naturales excitatam, quæ sit congrua voluntati. Nam huiusmodi revelationes veritatis ineffabili Dei potestate subministratas tales esse statuebant, quibus homo ad fidem, spem, charitatem, omniumque virtutum perfectionem adduceretur. Quod iuxta doctrinam Scriptoris istius fieri nullo pacto potest, nisi fuerint congruæ. Nam ipse statuit voluntatem sese flectere non posse ad ullum opus bonum, nisi illi congruata qua prævenitur cogitatio, idque ex natura creature rationalis proficisci.* Quod si Scriptori isti, tanta divinarum revelationum ubertas, quam Pelagiani celebrabant,

lib. de gratia Christi cap. 10.
Ibid. cap. 7.
Ibid. cap. 45. & epist. 143.
Pelag. in cap. 2. 1. ad Corinthios
Ibid. in c. 1. ad Ephes.
lib. de gratia Christi cap. 24.
Pelag. 1. 2. disp. 189. cap. 16.
1. 2. disp. 189. c. 24. & 21.

LIBER PRIMVS

bant, minor gratia fortasse videatur quam cogitatio aliqua honesta ex naturalibus externisque causis excitata, etiam illam ne quid novi se procedisse putet, loco gratiae Pelagianorum primum, & Maillienles postea protulerunt. Pelagianos Prosper in epistola ad Rufinum dicit hoc tantum de gratia confessos: *Quaedam libero arbitrio sit magistra, seque per cohortationes, per legem, per doctrinam, per creaturam, per contemplationem, per miracula, perque terrores extrinsecus iudicio eius ostendat, quo unusquisque secundum voluntatis suae motum si quaesierit inveniat &c.* Itaque gratiam esse Legem, Prophetam, Doctorem, cui circa omnes homines commune & generale sit studium, at qui voluerint credant. Qua de re & in Apologetico Orosij de arbitrij libertate, Pelagius sic loquens introducit: *Ordinem suum composita bene natura custodit, ac per hoc Deus elementarijs semel cursibus constitutis, facit inde quae facit.* Quid enim est creaturae contemplatio, nisi quaedam bona cogitatio quam Deus per creaturam ita constitutam operatur? Quid est gratiam se per cohortationes, per miracula, per terrores, iudicio hominis ostendere, nisi per ordinarias, imò extraordinarias causas cogitationes bonas suscitare? Has verò sapissimè esse congruas & arbitrio temperatas, inde manifestum est, quod dicerent talibus gratijs praeventum, unumquemque secundum voluntatis suae motum, invenire posse si quaesierit. Quod & semi-Pelagiani apud Prosperum apertius dicebant, quando gratiam in eo statuebant, quod hominem liberi arbitrij & rationalis gratia Creatoris insinuat, ut per discretionem boni & mali, & ad cognitionem Dei, & ad observationem mandatorum eius suam possit dirigere voluntatem. Itaque Authore Prospero, discretio naturalis seu cogitatio naturalis discernendi bonum ac malum qua dirigeretur voluntas in agnoscendo Deo, & observandis mandatis eius, Pelagianis erat gratia bene operandi. Hanc autem necesse est eos agnovisse congruam, quia fatebantur ipsa multos tali gratia adjuutos bene vixisse, seu illi gratiae suae voluntate consentisse; quod nihil aliud est, nisi cogitationes huiusmodi fuisse congruas. Imò semi-Pelagiani cursum praedicationis Evangelij per praesentiam conditionatam ita voluntatiis attemperatam fuisse censebant, ut illis praedicaretur, qui credituri sciebantur. Dicunt id praesentia esse divina, inquit Hilarius, ut eo tempore & ibi in illis veritas annuntiaretur, vel annuntietur quando & ubi praenoscatur esse credenda. Quid est hoc aliud quam Deum aptè distribuendo praedicationem juxta quod eam credendam videt, suscitare cogitationes congruas quibus consentiendo credat? Nam inde est quod alio tempore praedicationem subtrahit, quia videt juxta semi-Pelagianos esse repellendam. hoc est, videt per praesentiam conditionatam tales esse affectus voluntatis ut cogitationes, quas praedicatio suscitabit, non sint futurae congruae, quibus assentiendo credat. Qui est ipsissimus modus quo Scriptor ille suam gratiam congruae cogitationis exponit.

Prosper in Epist. ad Rufinum.

In Apolog. Orosij circa med. f. 645.

Prosper in Epist. ad Augustin.

Hilarius in Epist. ad Augustin.

I. 2. diff. 289. c. 16. & 14. & 20.

Sed quid ego de congrua cogitatione naturali, quae ex creaturarum inspectione nascitur, destruenda satago cum Augustino, nec revelatio sancti Pauli, qua raptus in tertium caelum ineffabilia divinae sapientiae mytheria contemplatus est ad confessionem Christianae gratiae sufficiat? Nam ut Pelagium reselleret, qui ineffabilis gratiae caelestis illuminationes & revelationes praedicat: *Quid dicam, inquit, de revelatione sapientiae? Neque enim facile quisquam speraverit in hac vita posse pervenire ad magnitudinem revelationum Apostoli Pauli. Et utique in eo quid aliud credendum est ei revelari? nisi quod ad sapientiam pertineat?* Ex tamen tantum abest illa gratia sit satis Augustino, ut potius Paulo aliam adhuc gratiam ei adhibendam fuisse doceat, ne hac ipsa magnitudine revelationis intumesceret & periret: *Et tamen, inquit, dicit Paulus in magnitudine revelationum mearum ne extollar datus est mihi simulacrum meae Angelus satana qui me colapsit.* Ex quo quisque satis intelligat, nullam cogitationem quantumcumque congruam, sive naturalem sive supernaturalem, sive à creaturis excitatam exteriori, sive ab Angelis, sive ab ipso Deo mentem etiam clarissima inspectione ipsius veritatis illustrante, eo pacto veram esse gratiam illam, quam Ecclesia Christiana commendat. Nam quamcumque tandem cogitationem commendaveris, etiam si esset contemplatio clara veritatis, quemadmodum Augustinus putat Paulum in ista raptus revelatione, contemplatum esse essentiam Dei, si non accedat alia coloris & amoris in voluntate inspiratio, nihil omnino habituri sumus aliud, nisi cognitionem veritatis, qua quid agendum sit, cavendumque discamus, hoc est, nullam omnino gratiam, nisi Pelagianam seu legem atque doctrinam: juxta illud Augustini quo omnes tergiversationes amputant: *Dei adiutorium Pelagius, multipliciter insinuat, illud dum putavit commemorando doctrinam & revelationem, & oculorum cordis apertionem & demonstrationem futurorum, & apertionem diabolicarum insidiarum, & multiformi & ineffabili dono caelestis gratiae illuminationem: ad hoc utique ut divina precepta & promissa discamus.* Quibus deinde fulmen istud intorquet: **HOC EST ERGO GRATIAM DEI PONERE IN LEGE ATQUE DOCTRINA.** Lex enim & doctrina quocumque nomine appelletur, sive illuminatio, sive revelatio sapientiae, sive (quod omnium est minimum, & in omni lege, doctrina, hortatione, susceptione, illuminatione, sapientiae revelatione involvitur) **COGITATIO**, non alia ratione procedit, nisi docendo, hoc est, operationem iustitiae demonstrando, non largiendo, ostendendo, vel (quod est extremum est) imperando quid fieri debeat, congruat, debeat, non autem operando. Hoc est enim distincte officium gratiae, quae voluntatem captivam liberet, frigidam accendat, ex non volente volentem efficiat & facientem. Est quippe gratia, qua Deus incrementum subministrat occultus; qua docet

Lib. de gratia Christi cap. 11.

lib.

lib. 1.

AVENONENSI
BIBLIOTHECA

docet eos qui secundum propositum vocati sunt,

Et sic simul domant, quid agant scire, & quod sciunt agere.

Dei enim ut ipsa cordis dicitur a se fieri.

Nam quod Scriptor iste nomine cogitationis tanquam congrua se tegit, non potest istius sententiae novitatem a censura graviori tueri.

Nam nec Pelagius unquam negavit illas quas afferbat illuminationes Dei, quae sine cogitationibus esse non poterant, fuisse congruas: quin potius hoc ipso, quo per illas voluntatem credere, sperare, diligere, & opus bonum facere posse, crebroque facere statuebat, sentiebat esse congruas.

Quis enim eo absurditatis delabatur, ut cogitationes, Deo illuminante & sapientiam revelante suscitatas, quibus sit ut eius mandata custodiat, in congruas voluntati esse arbitretur? Fuerunt ergo ex Pelagianorum sententia congruentissime, & ad eam in opus rapiendum non minus efficaces, quam juxta Scriptoris istius opinionem, vlla cogitatio naturalis est creaturarum occursum excitata esse potest. Sed non advertit vir bonus, hoc ipsum quo se à Pelagianis differre putat, esse ipsissimam petram scandalii, in quam offendendo ceciderunt. Non enim propterea reprehensi sunt Pelagiani, quod legem atque doctrinam, suasiones, hortationes, illuminationes, revelationes, cogitationes, sive naturali providentiâ, sive Deo inspirante suscitatas, tanquam Dei gratia prædicarent: Nam & hoc ipsum Augustinus frequenter fecit, cum utramque sit donum Dei, & scire quâ facere debeamus, & diligere ut faciamus: Sed hoc est quod Catholicas aures malè habuit, quod huiusmodi dona scientiae, quam fides vera

est doctrina sana esse dicit ex Deo, tam congrua esse possint voluntati, ut illam ad opus bonum sublevandam rapiendamque sufficiant, absque eo quod longè alterius rationis gratia voluntati conferatur. Hoc tanquam certissimum errorem proseripsissent, hoc profertendum esse neminem Catholicum dubitare sana doctrina permittit, ut jam utcumque declara-

tum est, & suo loco uberius declarabitur.

Quapropter qui naturam gratiae à D. Augustino prædicatè paulò altius quam solo nomine perspectam habent, sciunt nullam cogitationem, sive ex naturalibus quibuscumque causis, sive cælitus ab Angelis, sive ab ipso Deo iatus in corde per altissimas revelationes excitatas, ita attemperari posse voluntati, ut ei ad bonum operandum, imò volendum congruant, nisi cor ipsum alia interiori & potentiori gratia operante mutetur. Cuius ratio est quod congruitas sit relativa: impossibile est autem ut cogitatio qua incus Deus verbi gratia diligendus cogitatur, congruat voluntati, quamdiu eam concupiscentiæ pondus à Deo averfam & creaturis incubantem affixamque tener. Talis enim cogitatio, quamdiu cor tale permanet, erit speculativa quædam rei agendæ contemplatio, & confessum velut actioni jam jam suscipiendæ importuna respuetur. Quapropter ut fiat congrua, cor ipsum novi amoris inspiratione antè à creaturis avelli debet, quo factò mox ei ista cogitatio prior congruet. Sed hoc omnem omnino cogitationem non solum naturalem, sed quantumcumque divinam ac sublimem superat, ne illius solius virtute peragatur, soloq; Spiritu S. concupiscentiæ vincula dirumpente, & cor ipsum seu voluntatem tali beneficio liberante peragi potest. Hoc quisquis in isto exemplo de Dei dilectione intellexerit, in cæteris operibus bonis nullam difficultatem in intelligendo patietur. Nullum enim omnino est opus bonum, nec esse potest, nisi ipsa legis iustitia diligatur, quam quid diligit, ille est qui Deum diligit, prout hæc subtilissimè in alio tractatu plurimis Augustini testimonijs, diversisq; principijs ejus adversus eundem istum Scriptorem declarata sunt, qui non semel in D. Augustini doctrinâ tam infeliciter versari solet, ut non tam Augustini explicare, quam imaginaciones suas narrare, & opinionum novarum sulcra querere videatur.

vide lib. 1. de statu puræ naturæ c. 5. 6. 7. 8. 9.

Disput. con-

tra fortunatum peccati & mortis, (hoc est à concupiscentiâ) ad summam iustitiam conversi liberamur. Ecce liberatio per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

per.

CAPVT XVIII

Vera & fundamentalis ratio, cur nulla doctrina, vel revelatio, vel cogitatio congrua liberare possit arbitrium: ex termino à quo, & ad quem liberationis petita.

EX his quæ hæcenus de legis doctrinæ que cujlibet natura disquisita sunt, non est difficile veram radicem percipere, cur captivæ voluntatis liberatio ad bene operandum, majoris molis opus sit quam ut doctrinæ vel cogitationibus intellectus quibuscumque ascribi queat. Hujus ergo vera ratio duplex ex prædictis colligi potest, una ex parte termini quasi à quo liberationis istius, altera ex parte termini ad quem. Terminus à quo liberationis arbitrij est concupiscentiæ servitus, cui peccati merito mancipatæ est. Terminus ad quem est charitas justitiæ, hoc est Dei, quæ simul est quasi causa formalis quæ voluntas est formaliter libera, ut alibi suscipi sumus, quando de libero arbitrio dis-

putabimus. Directè namq; servituti voluntatis sub dominatu imperiosa cupiditatis opponitur. Itaq; liberatio voluntatis sit, per inspirationem novi amoris, videlicet amoris justitiæ, hoc est amoris Dei; quo animus ab amanda creatura avellitur, & quodammodo sursum suspenditur, ne deorsum in antiquam servitutem, concupiscentiæ creaturarum trullante relabatur. Tenet enim cælestis amoris delectatio mentem ne libidinibus consentiat. Quod simul atque fit, jam à concupiscentiæ dominatione liberatur. Hanc liberationis naturam sæpè indicat Aug. ut quando contra Fortunatum dicit: Propter gratiam Dei, quæ liberat nos à lege peccati & mortis, (hoc est à concupiscentiâ) ad summam iustitiam conversi liberamur. Ecce liberatio per.

Disput. con-

tra fortunatum peccati & mortis, (hoc est à concupiscentiâ) ad summam iustitiam conversi liberamur. Ecce liberatio per.

per conversionem ad iustitiam, supple divino amore diligendam. Nam hoc paulo superius perspicue expresserat. Cum autem gratia Dei amoris nobis divinum inspiraverit, & nos sua voluntati subditos fecerit, quibus dictum est vos in libertatem vocati estis, Et gratia Dei liberavit me à lege peccati & mortis, (lex autem peccati est ut qui cumque peccaverit moriatur) ad ista lege liberamur cum istis esse carperimus. Hoc est cum ad iustitiam diligendam divino isto amore convertimur. Et libro quarto ad Bonifacium: Quid tibi obtendis liberum arbitrium, quod ad faciendam iustitiam liberum non erit, nisi vis fuerit? Qui facit igitur oves homines ipse ad obedientiam pietatis humanis liberat volentates. Quem autem facere, nihil est aliud quam inspirare voluntatem bonam, nec voluntas bona aliud Augustino, quam charitas, qua iustitia diligitur. Et in

Lib. 4. ad Bonif. c. 6.

Lib. 1. Re-

libris Retractionum: A cuius concupiscentia
grati. c. 23. *dominatu non liberat nisi gratia Dei per Jesum Christum. Dominum nostrum dono spiritus sancti, per quem diffusa charitas (hoc est amor iustitiae seu Dei) in cordibus nostris vincit carnis concupiscentias ne consentiat eis ad male faciendum, sed potius bona faciamus. Et praeclare libro primo operis*

Lib. 1. op. imp. f. 162.

cessitate servitutis (concupiscentia dominantis) ille liberat qui non solum dat praecepta per legem, veram etiam donat per spiritum charitatem, cuius delectatione vincatur delectatio peccati (hoc est concupiscentia) alioquin perseverat invita (invito) & servum suum tenet. A quo enim quis devictus est, huius & servus adductus est. Et alio in loco: Alia remissio peccatorum in eis qua male facta sunt, alia charitas que facit liberum (videlicet à dominatu concupiscentiae) ad ea que bona facienda sunt. Vt quoque modo liberat Christus; quia & iniquitatem ignoscendo aufert, & inspirando tribuit charitatem. Quod & alijs infinitis locis tradit. Quocirca qui plenius rem totam istam velit intelligere, videat quae latissime ex Augustino disseruntur in alio tractatu de natura libertatis, ubi liberationem istam tam quantum ad terminum à quo iam dictum, quam terminum ad quem, charitatem, plurimis Augustini testimoniis comprobavimus, quibus hic repetendis immorari supervacaneum esset.

Lib. f. 123.

Videl. 7. de grat. Christi. Salvat. c. 7. § 2.

Ex his etiam perspicuus manet modus, quo per istiusmodi liberationem potens fit voluntas ad opus bonum, nempe quia per istam charitatem iustitia ponitur opus in voluntatis potestate, (quae est definitio libertatis) nempe inspirato illo amore divino, quo iustitia legis ac praecepti diligitur, animus vires accipit, ut cum concupiscentia deorsum ad creata bona retrahente luctari queat. Nam voluntatis fortitudo nulla est nisi amoris, idque sive cupiditatis fuerit, qui est agritudo, & quaedam quasi phrenesis ejus potentissima, sive charitatis, qui est sanitas, ideoque vera fortitudo ejus: quibus inter se colluctantibus ille superat, qui ardentior potentiorque fuerit. Ex quo efficitur ut si amor iustitiae superaverit, animum invictum adversus cupiditatis motus teneat, ne illis consentiendo superetur. Nam hac est quod paulo ante dixit:

Donat charitatem, cuius delectatione vincatur delectatio peccati. Hoc est quod dixit: Diffusa charitas in cordibus nostris, vincit carnis concupiscentias, ne consentiat eis ad male faciendum, sed potius ad bene faciendum. Hoc est quod dicit in Enchiridio ad Laurentium, cum de cupiditatis dominatu praemisisset: Regnat carnalis cupiditas ubi non est Dei charitas, mox de charitate tanquam quae contra concupiscentiam sit vera voluntatis fortitudo, subjungit: Si autem respexerit Deus &c. Et ego homo caperit Dei spiritu, concupiscitur adversus carnem fortiore robore charitatis. Quomodo autem haec fortitudo charitatis exeratur, adjicit, ut quamvis sit adhuc quod homini repugnet ex homine nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus vivat iustus, vivat: in quantum non cedit male concupiscentiae vincere delectatione iustitiae. Hoc est quod multipliciter dicit, dum hanc luctam cupiditatis & charitatis luculentissime tradit, in primi libri prima ad Simplicianum quaestione: ubi simul ostendit nullas voluntatis adversus cupiditatem seu concupiscentiam esse vires nisi charitate roboretur: Consequens, inquit, erat ut quoniam nondum accepta gratia, concupiscentia resisti non poterat, augetur etiam. Item: sentit se servum dominantis cupiditatis. Et statim: Vincitur nondum per gratiam liberatus, quamvis iam per legem & noverit se male facere, & noli: Rursum: Nondum sub gratia profecto trahitur ad male operandum concupiscentia dominante atque fallente delectatione peccati, quamvis ex parte notitia legis hoc improbet. Nam ut addit, Natura & consuetudo communis robustissimam faciunt, & invictissimam cupiditatem, quam vocat peccatum, & dicit habitare in carne sua, id est, dominatum quendam, & quasi regnum obtinere. Et paucis interjectis: Qui nondum est sub gratia, quod non vult malum hoc agit superante concupiscentia, non solum vincit mortali-tatis, sed male consuetudinis roborata. Et rursum: Invenit legem bonam sibi esse, volens facere quaedam in bono, & concupiscentia superante non valens. Quod ex professo illa tota quaestione tradit, & tanquam doctrinam Apostoli saluberrimam, frequenter inculcat. Contra istam ergo servitutem voluntatis, contra hunc dominatum, tyrannidemque concupiscentiae, contra hanc robustissimam, invictissimamque cupiditatem, nullam in homine esse fortitudinem, nullam pugnam, nullam victoriam nisi ex sola charitate, ibidem iterum atque iterum docet: In qua satis ostendit, non posse legem impleri, nisi à spiritualibus, quod non sunt nisi per gratiam. Spiritualis autem ab ipso vocatur, qui habet affectum amoris spirituales, & gratia sub qua quis esse vel non esse dicitur in omnibus illis locutionibus; charitas est. Nam statim semetipsum explicans: Spiritus autem legi quanto fit quisque sanctior, id est, quanto magis & ipse in spirituales surgit affectum, tanto magis eam implet. Quia tanto magis ea delectatur, tam non sub eius onere afficitur, sed in eius lumine vegetatur &c. gratia dominante peccata & insundente spiritum charitatis, quo & non sit molesta, & sit etiam iucunda iustitia. Et multis interpositis: Porro qui acceperunt legem, per eam autem eam, nisi per gratiam consequantur posse quod iubet. Ita fit ut non

lib. 1. op. imp. f. 162.

lib. 2. ad simp. c. 1.

lib. 1. op. imp. f. 162.

lib. 1. op. imp. f. 162.

lib. 1. op. imp. f. 162.

*AVANGELIUM
LAPIDARIUM*

ut non dominetur eis, qui iam sub gratia sunt, imple-
 ritur eam per gratiam, qui erant sub eius timore dan-
 nati. Sed quae illa tandem gratia, sub qua sunt,
 quaeque possunt implere, & implere legem,
 & sine qua implere non possunt? Audi sub-
 juncta: Ad Iudaeos dicta est lex ministratio mortis,
 ad quos & in lapide scripta est ad eorum dures an-
 gemandam; non ad eos qui legem per charitatem im-
 plent. Plenitudo enim legis est charitas. Et in se-
 cundo: Mortui sumus legi damnati, liberati ab eo
 affectu quem lex puniat & damnat. Sed per quid
 liberati? Ita quae idem praeceptum timentibus lex est
 amantibus, id est, charitatem habentibus, gra-
 tia. Et paulo post: Lex littera est, qui non
 tantum implent per spiritum charitatis, quo pertinet to-
 tamentum novum. Et rursum: Ab eius ergo
 dominatione liberantur qui per spiritum un-
 ctum, et iam non sunt obligati littera ad peccatum, sed in mel-
 liori per iustitiam copulati. Sed quae est illa spiritus
 innovatio? Audi sequentia: Littera occidit, spi-
 ritus autem vivificat. Lex enim tantummodo le-
 ta, & non intellecta, vel non impleta usque occi-
 dit. Tunc enim appellatur littera. Spiritus autem
 vivificat quia plenitudo legis est charitas, quae suscitata in
 cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est
 nobis. In istis omnibus locis aliisque plurimis,

quae profertur ex Augustino possent, semper
 hoc agit, ut intelligamus libertatem, qua
 quis a dominante concupiscentia liberatur, ut
 si non consentiat, eique iam ferventi domine-
 tur: itemque animi fortitudinem, qua quis
 adversus concupiscentiam importunissime tu-
 multuantem robustus fiat, ut eam & oppug-
 nare possit. & vincere, nullam esse aliam,
 nisi charitatem quae per spiritum sanctum dif-
 funditur in cordibus nostris. Illa quippe so-
 la est, quae affectum tribuit spiritalem, quae
 liberat, quae innovat, quae robustum faciat
 animum, concupiscentiaque dominantem:
 quasi caret, non in affectu spirituali sed carnalis
 est, non innovatus sed vetustus, non robustus
 adversus cupiditatis impetum sed infirmus,
 non liber ab eius dominatione, sed servus, cui
 tanquam imperiosa dominæ serviat neces-
 se est: trahitur ab ea, capitur, posside-
 tur tanquam venundatum concupiscentiae
 mancipium: cui non tantum resistere non va-
 let, sed quo surgere sibi videtur altius, eo
 gravius aliditur, & ex una in aliam semper ea
 serviendo precipitatur, hoc est ut, Prosper vi-
 gilantissime dicit,

In vulnera vulnere surgit.

Impossibile est enim ut extra Deum pedem,
 hoc est, affectum figat, nisi in creaturam:
 quo affectu extra creaturam exire nullo pacto
 potest. Ille quippe affectus in creaturam fi-
 xus quo surgere conatur, & concupiscentiae
 compedes dissolvere, ut ejus dominatum fug-
 gat, est alius subtilior ejusdem concupiscentiae
 dominantis motus. Affectum autem in
 iustitiam praecepti figere, seu affectu benefa-
 cendi benefacere, sicut necesse est, juxta
 sanctum Augustinum, ut sit voluntas libera
 & actus ejus bonus, est ipsissima dilectio tam
 celebrata charitatis, quemadmodum jam di-
 ximus, & ex professo alibi pro-
 lixeque demonstravimus.
 Haec ergo fundamentalis ratio est, extre-
 maque radix, cur neque lex, neque doctrina,
 neque ulla illustratio, vel revelatio veritatis
 quantumcumque clara, neque ulla intellectus
 cogitatio, quantumcumque supernaturalis,
 pedum naturalis, quantumcumque etiam sin-
 gulari voluntatis. Nam & terminum a quo li-
 berationis tollere, & terminum ad quem po-
 nere cuiuslibet cognitionis atque cogitationis
 longissime superat potestatem. Unde Augu-
 stinus dicit: Inest sancta legis scientia, nec tamen
 sanatur vitiosa concupiscentia. Et, Charitas non
 ex hominibus, vel ex lege humanaque cogi-

tatione, sed ex Deo est. Quamvis itaque hu-
 jusmodi supradicta vulnere humanorum
 Epithemata vim aliquam habere possint, ut
 divertant animum ab illo singulari malo per-
 petrando, quod proponitur, quod & timor
 poena non solum future, sed & praesentis fre-
 quenter facit, nihil tamen eorum idoneum est
 ut concupiscentiae universae vires frangat, &
 ad verum bonum transferat diligendum: id
 est, nihil eorum sufficit ut animum ab omni
 omnino creature dilectione divellat, & ad pre-
 ceptum iustitiam diligendam subvehat, cujus so-
 lus dilectione fit liber. Hoc enim nihil aliud
 est juxta doctrinam Augustini celeberrimam &
 sanctissimam, quam inspirare veram illam
 evangelicam charitatem Dei, qua sola arbi-
 trium voluntatis a concupiscentiae dominatio-
 ne liberatur, hoc est, fit liberum, & ad bene-
 faciendum expeditum: Charitas enim facit li-
 berum ad ea quae bona facienda sunt. Istud vero
 nulla omnino cognitio, vel revelatio, vel co-
 gitatio qualiscumque efficere potest, sed sola
 illa interna & occulta gratia voluntatis, quae
 ideo humanis cordibus tribuitur, ut cordis dy-
 vitia prius auseratur. Nam illa gratia non
 solum instruit intellectum, ut facit qualibet
 revelatio atque cogitatio, sed sanat voluntatem
 quae insidiosa libere diligitur.

D 2 CORNE

lib. de in-

lib. de in-

lib. de in-

lib. de in-

lib. de in-

lib. de in-

lib. de in-